

## **Johannis Sleidani De Quatuor Summis Imperiis Libri Tres**

**Sleidanus, Johannes**

**Frankfurt a.M., 1683**

Agidii Strauchii Continuatio Synopseos Historicæ Johann. Sleidani. A.  
Carolo V. Imper. Augusto, usq[ue] ad Annum MDCLXIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65507](#)

ÆGIDI<sup>I</sup> STRAUCHI  
CONTINUA-  
TIO SYNOPSEOS  
HISTORICÆ  
JOHANN. SLEIDANI.

<sup>A</sup>  
CAROLO V. IM-  
PER. AUGUSTO,

*usq<sub>3</sub> ad*  
ANNUM M DC LXIX.





## I N 7.

**P**ost excessum Maximiliani Imperatoris, quo usque ferè suam de quatuor summis imperiis historiam Sleidanus perduxit, Dignitas Imperatoria in Familia Austriaca permansit, dum ad CAROLUM V. pervenit; Erat enim is PHILIPPI Austriaci, Belgii Ducis & JOANNÆ filius, Maximiliani è filio, FERDINANDI verò, Castellæ, atque Aragoniæ Regis, qui Anno 1496. CATHOLICI nomen à Pontifice obtinuit, è filia Nepos; In ea nascendi condizione felix, quod opes BELGII non tantum, sed reliquæ etiam Germaniæ, quæ magnam partem, item Hispaniæ, jure quasi hæreditariò possederit. *V. Chytrai Saxon. p. 150. 191.*  
*Calvisius ad ann. 1496. fac. Aug. Thuanus Histor. L. I. cuius sequens est Patrimonii Caroli recensio: A patre Belgii, à matre totius Hispaniæ & majoris Italæ partis, à Maximiliano avo amplissimi in Germania patrimonii, ac postremo Imperii heres, totam Eu-*

ropam, spe & fatali potentia, complecti quodammodo visus est.

Natus est Carolus anno Christi 1500. die 24. Februar. in Flandriæ civitate primaria, quæ vulgo GENT, Latinis GANDAVUM dicitur, eò enim Mater gravida venit, ne Natalis in Germania locus, quem Aurea Caroli IV. Bulla postulat, ad fasces Imperatoris occupandos, Filio decesset aliquando. *Vid. Abrab. Golniti Itinerarium Belgico-Gallicum ab initio.*

Antequam Imperatoris acceperit titulum, jam REGNORUM HISPANIAE Dominus erat, ab anno 1517. post excelsum nempe avi sui materni, Ferdinandi Regis Catholici, quicum Neapolitanum regnum per Consalvum armis suis occupasset, Pontifici tamen, qui Feudatarii jus prætendebat, ad normam recessus inter Clementem IV. & Carolum Burgundum olim initi, jurare opus habuit, nolle se Imperatoris dignitatem, nisi Pontificis consensu, unquam recipere. Atq; hujus rei gratia CAROLUS noster ingentem pecunia summam solvere Pontifici opus habuit, quod de rigore legis ejusdem remitteretur.

Sle

## CONTINUATIO.

385

Sleidanus circa annum 1365. pactum inter Pontificem & Carolum Burgundicum initum esse annotat. Cluverus Epit. Histor ad annum Christi 1519 p. 699. refert; Carolus venian ejus legis VII. aureorum millibus à Leone X. redemisse.

Itaque Carolus à Moguntino præpribis, post etiam à Friderico Saxone (imperii molem sibi oblatam deprecante, ) & reliquis Electoribus, (excepto Trevirensi, qui ab initio Francisci I. Galliarum Regis partibus favebat magis ) communī consensu, Imperator Romanus publicè proclamatus est, tunc temporis 19. annos natus. Convenerunt in hac causa Electores anno 1519. die 28. Junii. V. Sleid. L. I. Philippi histor. Election. Carol. V.

Electo Imperatore, proxima de Coronatione ejusdem cura fuit, quæ anno sequente Aquisgrani, solenniter est peracta. Vide de ritu coronationis Sleidani L. 2. L. minnaum Juris publ. L. 2. c. 4. Dominicum Arumeum de Jure P. c. 1. Discurs. 33. th. 40. seqq. p. 1043. Reipubl. Germ. t. 2. p. 27. Et alios Juris P. Interpretes.

Auspicia hujus Imperatoris turbulentia

R

satis

factis fuerunt ; Non tantum ob conatum  
 Francisci I. Galliarum Regis, qui Carolo  
 V. insidias struxit, sed quod in causis Ec-  
 clesiasticis etiam à Romana & Apostatici  
 Ecclesia dissentire cœperit MARTINUS  
 LUTHERUS, patriâ Islebiensis, anno  
 Christi 1483. pridie Martini à Johanne  
 Lutherô & Margarita Lindemannia na-  
 tus, professione Theologus Augustini-  
 nus, evocatus Wittebergam an. 1508 po-  
 initium Academiæ sexto. Hic occasio-  
 fraudulenti Indulgenciarum mercatus,  
 Leone X. instituti, & per Johannem Te-  
 lium præ aliis peracti, anno 1517. in Vigil  
 omnium Sanctorum, propositiones qua-  
 dam, ad valvas templi arcis, ab omnibus  
 Sanctis denominati, affixit, easdemque a  
 publicam disputationem proposuit.

*Inter themata, à Lutherô proposita, fu-  
 runt sequentia :*

*V. Papa non vult, nec potest ullam pa-  
 remittere, præter eas, quas arbitrio vel ius  
 vel Canonum imposuit.*

*VI. Papa non potest redimere ullam  
 culam, nisi declarando & approbando re-  
 missam à Deo, aut certè remittendo ei-*

CONTINUATIO. 387

sus reservatos sibi, quibus contemptis, culpa  
prorsus remaneret.

XX. Papa per remissionem plenariam  
omnium pœnarum, non simpliciter omnium  
intelligit, sed à seipso tantum impositarum.

XXI. Errant igitur Indulgentiarum  
Commissarii ii, qui dicunt, per Papæ indul-  
gentias hominem ab omni pœna solvi & li-  
berari.

XXII. Quin nullam remittit anima-  
bus in purgatorio, quam in hac vita debuif-  
sent, secundum canones, solvere.

XXVI. Optimè facit Papa, quod non  
potestate clavis, (quam nullam habet) sed  
per modum suffragii dat animabus remis-  
sionem.

XXVII. Hominem prædicant, qui sta-  
tim ut jactus nummus in cistam tinnierit,  
evolare dicunt animam.

XXVIII. Certum est nummo in cista  
tinniente, augeri quæsum & avaritiam  
posse, suffragium autem Ecclesiae est in arbi-  
trio Dei solius.

XXXII. Damnabuntur in æternum  
cum suis Magistris, qui per literas Venia-  
rum seculos fæcere credunt, de sua salute.

XXXVI. Quilibet Christianus verè compunctus, habere remissionem plenariam poena & culpa, etiam si sine literis Veniarum sibi debitam.

XXXVII. Quilibet verus Christianus sive vivus sive mortuus, habet participationem omnium bonorum Christi & Ecclesiae, etiam sine literis Veniarum, à Deo sibi debitam.

XLV. Docendi sunt Christiani, quod videt egenum & neglectò eō dat pro venia non indulgentias Papæ, sed indignatione Dei sibi vendicat.

LII. Vana est fiducia salutis, per literas Veniarum, etiam si Commissarius, Papa ipse, suam animam pro illis opponaret.

LVI. Thesauri Ecclesiae, unde Papas indulgentias, neq; satis nominari sunt, in cogniti apud populum Christi.

LXII. Verus thesaurus Ecclesiae est sacramentum Evangelium glorie & gratiae Dei.

LXV. Igitur thesauri Evangelici res sunt, quibus olim piscabantur viros diuinorum.

LXVI. Thesauri indulgentiarum res sunt.

sunt, quibus nunc pescantur divitias virorum.

LXX. Opinari, venias Papales tantas esse, ut solvere possint hominem, etiam si quis, per impossibile, Dei genitricem violasset, est insanire.

LXXVI. Dicimus contra: Quod veniam. Papales nec minimum venialium peccatorum tollere possint, quoad culpam.

LXXVII. Quod dicitur, nec si S. Petrus modò Papa esset, majores gratias donare posset, est blasphemia in S. Petrum & Papam. V. Oper. Luth. Wittenberg. Latin. T. I. p. 49. segg.

Hæ illæ theses sunt, à quibus felicissimæ Reformationis Ecclesiæ, hactenus sub tyrannide Papali miserè pressæ, heroicô spiritu, initium Lutherus fecit, nec mortem nec infamiam metuens, nec cùjusvis generis mala, quæ imminere sibi ignorare non potuit. Unde Albertus Gran-

izius, de Lutheri ausu, accepto paucis ante mortem diebus nunciò clamasse dicitur:

O frater, MARTINE, abi  
in cellam tuam, & dic; Mise-

R 3 rere

390 ÆGID. STRAUCH.

rere mei Deus. Chytræus Saxon. L. VII.

p. 196.

Ut ut verò ad indictam à B. Lutherò disputationem nullus , adversariorum partes defensurus, advenerit, passim tamen propositiones LUTHERI mancipia Papæ suggollarunt; Et ipsemet TEZELIUS propositiones contrarias iis, quæ Luther, affixerat, à CONRADO WIMPINA scriptas, edidit, eumq; velut hereticum passim traduxit; Secuti sunt JOH. ECCIUS, SYLVESTER PRIERIAS, JACOB. HOCHSTRAT, aliiq; infallibilem autoritatem Papæ in solidum ingerentes; Quâ occasione de pluribus artculis & falsis Pontificiorum opinionibus disputare incepit Vir Dei.

LEO X. tunc Pontifex Romanus, indignè ferens, absolutam suam & dictatoriali potestatem, quâ hactenus cum antecessoribus suis usus erat, in dubium vocari, B. Lutherum Romam ad Examens citat, & Fridericum Electorem, ut eundem captivum in manus suas tradat, horatur; Ad instantiam tamen Electoris Academiæ item intercessionem, conce

L.VII  
Luther  
ariorum  
ssim ta  
nancipi  
TEZE  
iis, qua  
DWIM  
ut hære  
nt JOH  
ERIAN  
; infall  
idum u  
ibus art  
ionibus  
anus, in  
dictato  
um aut  
pium vo  
Exame  
ut eun  
dat, hoc  
lectoris  
, conce  
fi.

sit tandem, à Cardinale Cajetano, Augustæ cum Lutherο agi. Atque hic quod revo- care nec vellet, nec posset, quæ juxta Scri- pturæ normam orthodoxè docuerat. & ad Concilium provocaret, tandem à Ponti- fice excommunicatus, & unà cum libris suis igni adjudicatus est. Quod Brutum Fulmen parùm aestimans Lutherus, heroi- cō animō Bullam Excommunicationis non tantū; sed jus quoque Pontificium Wittebergæ combussit, addens illud Sam- sonis : *Quemadmodum fecerunt mihi, ita feci eis.* Quo facto irrita- tus Pontifex nihil non in perniciēm Lu- theri molitus est; Nomen ejusdem bullæ Cœnæ Dominicæ execratoriæ infaciens.  
*V. Matthes de vita Luth.*

Eandem fortunam nundinatio Papalis, per Samsonem Mediolanensem, Tiguri a- pud Helvetios instituta, experta est, Ul- rico Zwinglio fortiter se illi opponente, qui postea in negotio de Sacramentis & aliis Fidei articulis pessimè erravit, & tan- dem anno 1531. in bello Helveticō occi- sus est. *Sleid. L.VIII.*

Cæterū & præconceptæ opiniones, de Ecclesiæ Romanæ infallibilitate, & continua Pontificis accusatio perinoverrunt tandem Imperatorem, ut in causam Lutheri inquisiverit, & eundem ad comitiam Wormatiensia, concessò salvi conductus instrumento, evocarit. Frustrà verò expeditatâ ejusdem palinodiâ, Lutherum, cum asseclis & defensoribus sententiæ ejusdem, proscriptis Cæsar. Vide Reichs-Alschied. Cœlestini historiam p. 3.

At Elector Saxoniae in arce quadam non procul ab Isenaco sita, cui Wartberg nomen est, in columem seruavit Lutherum unde eundem locum Pathmum &

Eremum suam vocavit Lutherus, quo tandem post menses 10. ferè, Andreæ Carolstadii Iconoclastæ, juris Civilis criminatoris, Sacramentarii, & Semi-Judæi, vehementiâ pernotus, discendens, Wittebergam rediit. V. Scriptum Lutheri adversus cœlestes Prophetas & Epist. ad Elect. t. 2. Oper. Latinorum Witteberg. Refert Chytr. Sax. lib. VIII. p. 222. Pontificios passim Magos consuluisse, ubi nam Lutherus lateret? Eosdem verò n*certi*

certi respondere potuisse, quod Deus illum  
protegeret.

Comitia Wormatiensia, anno 1522.  
excepérunt Norinbergensia, in quibus,  
absente Cæsare & tunc in Hispania de-  
gente, bellum adversus Turcam & cen-  
sura adversus Lutherum gravissima, qui-  
busdam Proceribus placuit. Præterea ma-  
gnus Catalogus gravaminum adversus  
Curiam Romanam & Ecclesiasticas per-  
sonas, tunc exhibitus est, cum acerrimâ  
Concilii generalis postulatione. Chytr.  
Saxon. lib. V. p. 248.

Circa hæc tempora provinciæ & urbes  
quam plurimæ luce Evangelii illuminatae  
sunt, & inter has Pomerania, Borussia,  
Livonia, Brema, Magdeburgum, Hal-  
berstadtum, Hamburgum: Goslaria &c.  
de quibus videatur Chytraeus loc. cit. &  
libr. XI.

Norinbergensia comitia exceptit con-  
ventus Ratisponensis, non omnium, sed  
quorundam Imperii procerum tantum,  
in quibus ad Campagii Legati Pontificij,  
tunc Clementis VII, (Perduellionis  
maximi cognomen naëti) placitum,

R 5      alio-

aliorum item Romanensium instinctum,  
 ea quæ Wormatii adversus Lutherum de-  
 creta fuerant ut citissimè executioni de-  
 tur, mandatum est. Placuit item de cor-  
 rigendis vitiosis Sacerdotum moribus se-  
 quentia dicere : *Vivant Sacerdotes  
 honestè, vestiantur decorè, non  
 negotientur, fugiant cauponas  
 non sint avari : neque pro sa-  
 crorum administratione pecu-  
 niam acerbè impetrent : Conclu-  
 binarii removantur loco : Fe-  
 riarum numerus sit moderatus.*  
 Denique auxiliatrices copiæ Ludovici  
 Hungariæ Regi, adversus Turcam, de-  
 cretæ & promissæ sunt: Sed dum moram  
 neantur Imperii Status, Rex ipse in acie  
 occubuit, suo docens exemplo, hostem  
 potentem & ferocem irritandum facile  
 non esse. Sleidanus, Osiander, anno 1524

Circa idem tempus Controversia Sa-  
 cramentaria cum Carolstadio & Tigu-  
 rinis agitari cœpit : Turbæ item, quas  
 Tho-

Thomas Müntzerus, Alstetensis in Thuringia Concionator, & socii postea excitarrunt, anno 1525. circiter innotuerunt. Referunt nonnulli in Svevia, Franconia, Thuringia & finitimis regionibus, ad centum millia rusticorum periisse. Dux ipse Muntz-rus captus in oppido quodam Thuringiæ, Franckenhausen, capiteplexus est. Vide B. Lutheri scriptas adversus seditiones rusticos Epistolas, Matthes. vitam Luth. p 42. seqq.

Dum in Germania subditos suos immorigeros vicerunt Principes, Imperator Romanus & Hispaniarum Rex *Carolus V.* cum Francisco I. Galliarum Rege, gravissimas inimicitias exercuit. Sedes belli Ducatus Mediolanensis fit, in eodem enim dum Papiam obsedit Gallus, à Cæsar's copiis in acie vinctus, ipseque Rex alios captivos inter, in Hispaniam abductus est, *Thuanus.*

Ferunt, Franciscum in Musæo, quo captivus detinebatur, viso Cæsar's Symbolo in parte descripto; *Plus Ultra,* subscipisse: Hodiè mihi, cras Tibi: quibus verbis addiderit Cæsar sequentia:

R. 6

Homo

Homo sum & nihil humani à me alienum  
puto.

Cæterū clementiæ & benignitatis laudem videbatur Carolus V. adipisci, quando obtentæ victoriæ Symbolum Galliarum Regem, ex animi ægritudine decubentem, è captivitate dimisit, et demque sororem suam *Eleonoram*, quæ Emanueli Lusitaniae Regiprius nupserat, in matrimonium dedit. Conditiones sequentes tūm libertati Regis, tūm cæteris, quæ in iisdem Pactis continentur apponens: Ut Galliæ Rex Ducatum Burgundiæ restitueret, juri suo in regnum Neapolitanum, Mediolanensem Ducatum Genuam, Astam, Atrebatum, Tornacum renunciaret, denique duos filios obsides daret &c. Enimvero amicitia hædiuturna non fuit, rupto iterum hoc fædere, quod conditiones pacis Galliæ proceribus non satis æquæ viderentur. *Sledanus in Comment. l c.*

Interea Friderico Electori Saxoniam, è calculi acerrimis doloribus & sine mascula prole mortuo, frater ejusdem *Johannes* successit à visitatione Ecclesia-

*rum*

rum, dignissimum Principe Christiano auspicium faciens, quâ occasione *Philippus Melanchthon*, ex Inspectoribus unus, summam doctrinæ Orthodoxæ de omnibus Fidei Christianæ capitibus, in libello quodam peculiari comprehendit.

Carolus V. Imperator, inito cum Gallo fœdere, ad Comitia Spirensia Proceres Imperii citavit, quamvis ipse coram esse non potuerit, Ferdinando fratre vices Imperatoris suscipiente. Primarius Propositionis Cæsareæ articulus erat, adversus Romanam Ecclesiam nil audendum amplius esse, sed omnes teneri, ut eidem se submittant, relegato insuper Luthero secundum Wormatiensium Comitiorum decretum, abusum verò correctione ad Concilium Oecumenicum dilata. V. Reichs Abschied.

At Pontificis, *Clementis VII.* & Galliarum Regis, *Francisci*, è captivitate reducis, renovatæ cum Imperatore lites, ausam Protestantibus dederunt, de concilio desperandi & adversus Romanenum ausum sententiam suam exponendi

R 7 libe-

liberius. Tandem anno 1529. decretum est , ad Concilium usque adversus neminem , ob Religionis negotium , armamenta esse. V. Reichs-Abschied.

Bellum , quod Papa cum Imperatore incepit , ut non solum Italia tota eum deppelleret verum etiam ab Imperii dignitate dejiceret , Autori suo ingentem calamitatem attulit. Capta enim Urbs à Cæsaribus militibus & direpta est , Pontifice ipso obsesso primùm , & paulò post capto , nec dimissio prius , quam ingentem pecunia Summam militibus Cæsaris solvisset. Dibach horrenda Romanensium clade sequentia annotat Onuphrius Panvinius , in vita Clementis VII. Vaticano & Janiculo pacis , qui repugnare ausi erant imperfectis pridiè nonas Maii anno salutis millesimo , quingenesimo , vigesimo septimo expugnatis , exercitus omnis , qui ex Germanis , Hispaniis , Italies , ad XL. millia coactus erat , per pontem Xysti in urbem impetum fecit , & tanta cæde debacchatus est , ut nunquam post hominum memoriam , majore truculentia vel in Turcas , vel in perpetuos & infensissimos

## CONTINUATIO. 339

simos hostes vindictæ libidine sævitum sit.  
Omnes, qui primo impetu obvii fuerant,  
tamen inermes, quam armati, ad unum cœsi.  
Pontifex repentina tot hostium impetu con-  
sternatus, summæ rerum & saluti suæ dif-  
fidens, consilii expers, trepidus sese in arcem  
recepit. Èâ nocte nihil unquam lugubrius  
aut funestius Roma vidit: Omnibus in lo-  
cis ad satietatem usque editæ hominum stra-  
ges, nobilissimi qui que tormentis excrucia-  
ti, virgines, matronæ & sacrae virgines vio-  
latae, cardinalium domus, & principum  
item legatorum expugnatae: nemo denique  
servatus, nisi qui vitam & libertatem uni-  
versâ re domesticâ redemisset. Templa fe-  
rè omnia, multis necatis aut excruciatis  
sacerdotibus, direpta. Tum arx, in quam  
Pontifex cum aliquot Cardinalibus se rece-  
perat, obsideri coepit, tam diligentia cu-  
stodiâ, ne quid obsonii intra inferretur,  
adhibitâ, ut consumpto commeatu omni,  
Pontifex ditionem facere fuerit coactus,  
eâ conditione, ut cuncta, quæ Cæsar im-  
perasset, se facturum polliceretur. Confla-  
vitq; omnia sacrorum templorum orna-  
menta, ut inde pecunia cuderetur militibus  
divi-

dividenda, quæ tum satis non esset, pilei  
tres Cardinalitii venales concessi, ut illis li-  
citantibus, qui ad senatoriam dignitatem  
spirabant, aurum proferrent; eò modo  
ad hastam propositis emptores non defuere.  
Confer Francisci Guicciardini Histor.  
lib. XVIII.

Circa hæc tempora Anabaptistarum  
profana hæresis vires sumvit. Quidam  
enim de hoc fanatico grege, Thomas di-  
ctus, fratrem suum Germanum, Leon-  
hardum, in parentum præsentia decolla-  
vit; prætendens Abrahæ exemplum, qui  
à Deo mandatum acceperat, ut filium  
Isaacum sacrificaret. At Magistratus  
eius loci fraticidam justâ pœnâ affecit.  
Factum hoc est in oppido quodam Hel-  
vetiæ, quod fanum S. Galli dicitur. *Sleid.*  
*lib. VI. Bucholtz erus.* De variis Anaba-  
ptistarum sectis & dogmatibus, videantur  
*Schlüsselburgii Catalog.* *Hæret.* *Frider.*  
*Spanhemii Diatribe Historica de origine,*  
*progressu, sectis & nominibus Anabap-*  
*starum, Johannis Cloppenburgii Gangran-*  
*Theologiae Anabaptist. Johannis Hornbeck*  
*summa controversiarum Relig. lib. V. &c.*  
Ludo.

Ludovicum Bohemiæ & Hungariæ Regem, in bello Turcico miserè perisse, dictum anteà est. Post hujus obitum extenis non tantum, sed internis quoque bellis, Hungaria tota ferrè conflagravit. Nam Ferdinandus Caroli V. germanus, Bohemiæ quidem regnum facile obtinuit, Slavicâ Regum Poloniæ stirpe ab hac dignitate in posterum exclusâ ; At Hungariæ regnum non sine difficultate. Urgebat quidem pro successione suâ, tum conventionem Maximiliani Imperatoris & Ladislai, anno 1491. hac ratione intam, ut defuiente prole masculâ Ladislai, ad Maximiliani familiam fasces regiæ deferrentur, tum affinitatem cum occiso Rege, cuius sororem Annam duxerat. At ex altera parte Johannes Sepsius Transylvaniæ Palatinus, (qui ab aliis Johannes de Zapolia Vayvoda apud Jazyges nominatur) Regis titulum affectavit & vehementer se Ferdinando Bohemiæ Regi opposuit, urgens se à Principibus Hungariæ electum, fratrem item & consanguineos suos optimè de Regno

Regno Hungariæ meruisse. V. Chytr. Sax.  
L.XII. p. 303. Bonfin.

Quoniam verò hic viribus impar erat,  
neque Ferdinando resistere valebat, fru-  
strà expectatô auxilio Germanorum  
Gallorumve, Imperatoris Turcici tute-  
lam imploravit, cui etiam promisit, quod  
si Rex Hungariæ constitueretur, se Soly-  
manni Vasallum futurum.

Itaque instigatus Solymannus à Joha-  
ne, urbem Budam & arcem, quam unde-  
cies frustrà oppugnaverat, vi capit. Jo-  
hannes verò, magnis muneribus Turca  
obviam procedens, manus ejusdem deo-  
sculatur, à quo Rex Hungariæ confirma-  
tus. Budam in sedem Regiam acceptat,  
quam deinde ad finem usque vitæ suæ ad  
annum videlicet 1540 retinuit, incoluit  
que *Reff. & Stat. Regni Hung. p. 141.*

His non contentus Solymannus, vasta-  
tâ Hungariâ in Austriam pergit & Vien-  
nam ingenti cum exercitu, in quo his cen-  
tena millia militum capita numeraban-  
tur, obsidione cingit. Præsidiariis verò,  
sub Duce Philippo Palatino, sese fortiter  
defendentibus & hyeme ingruente, disce-  
dere

dere cogitur, desiderans ad octoginta  
milia millitum.

Paulò post rediit quidem hostis, anno  
nempe 1532. at ingenti clade ab Impera-  
toris exercitu affectus, nihil obtinuit.

Hoc ipso tempore milites, ex insula  
Rhodo ante aliquot annos pulsi, consen-  
su Pontificis & Imperatoris insulam Mal-  
tam occuparunt & muniverunt.

Jam antea Imperator, absens eo tem-  
pore, Principes & Status imperii Spiram  
citaverat anno 1529. ut adversus Turcæ  
irruptiones & Religionis Pontificiæ im-  
mutationem, in iisdem decerneretur. De-  
cretum est à Pontificiis, quorum major  
pars erat, edictum Wormatiense contra  
Lutheranos urgendum, missam retinen-  
dam, neque alia ratione in religionis ne-  
gotio quicquam mutandum esse. Adver-  
sus hanc sententiam, in gratiam Roma-  
nensium latam, Principes Evangelici pro-  
testabantur publicè, ne vim legis acquire-  
ret decretum. Atq; hæc prima origo no-  
minis PROTESTANTIUM fuit. Sleid.  
l. 6. Ostend. Centur. XVI.

Cæterum Papa Romanus ad extrema  
reda-

## 404 AEGID. STRAUCH.

redactus , pacem cum Carolo Victore iniit , cuius exemplum anno 1529. Franciscus Galliarum Rex secutus est , qui tamen prius Carolum ad duellum evocavit , quod paulò post ipse declinavit. Sed & Veneti , belli pertæsi , traditis quæ in Samnitibus , Picenô & Apuliâ tenebant , Cælaris amici facti sunt. Atque ita sancta Liga , quæ dicebatur , iterum soluta est. *Thuanus l. 1.*

Eodem anno 1592. Imperator Romanus cuim Pontifice Bononiæ collocatus est & frustrà Concilium œcumenicum postulavit. Promisit tamen , se velle Lutheranos vi & armis opprimere , si Pontifici se opponere pergerent. Atque hac conditione Rex Longobardorum , & post trinam osculationem pedum Pontificis ac juramentum Pontifici præstitum , Imperator Romanus à Pontifice coronatus est , qui ritus forsitan tunc temporis à Pontifice Romano ultimo peractus est , cum in hunc diem usq; nullus Imperatorum à Pontifice amplius coronari voluerit. *Actum coronationis Pontificia prolixè describit Gregorius Cœlestinus Histor. Comit.*

Comit. August. pag. 16. Juramenti formula hac erat: *Ego Carolus Romanorum Rex, & brevi, DEI gratiâ futurus Cæsar, per Deum Divumque Petrum promitto, polliceor, testificor atque juro, me in posterum pro viribus, ingenio & facultatibus meis, Pontificie dignitatis & Romanae Ecclesiæ perpetuum fore defensorem, nec ullam Ecclesiasticae libertati vim illaturum. Sed potestarem, jurisdictionem & dominationem ipsius, quoad ejus fieri potest, conservaturum ac protecturum, cuius rei testem voco Deum ipsum & hæc sancta Evangelia.*

Bellò Italicò confectò, conventum Augustinum indixit Cæsar, in quo de Religionis negotiò, & bello adversus Turcam deliberari voluit.

Itaque Johannes Dux & Elector Saxoniæ præter Romanensium spem primus omnium ibidem comparuit, unà cum Filio suo Johanne Friderico, in comitatu habens Philippum Melanchthonem, Iustum Jonam, & Georg. Spalatinum, Lutherum enim Coburgi reliquerat. Cœlestinus Histor. Comitior. August.

Prius

Priusquam verò Augustam profectus est Elector, ad mandatum ejusdem, Torgo convenerunt Theologi quidam, B. Lutherus, Phil. Melanchthon, Bugenhagius & Justus Jonas, qui de formula Confessionis, in Comitiis exhibenda, deliberarunt. *V. Luther. Oper. Jenens. Germ. rom. V. p. 14.*

Incepitis die XX. Junii comitiis, die ejusdem mensis Confessio fuit, à Melanchthon e XVII Lutheri articulis conscripta, per Christianum Bejerum Juris Consultum, publicè coram Casare, Ferdinandō Hungariæ & Bohemiæ Rège & reliquis Imperii proceribus, prælecta est, cum id Protestantes præcedente die frustà petiissent.

Subscriperant Confessioni æterni memoriâ dignissimi Principes; JOHANNES Dux Saxonie Elector, GEORGIUS Marchio Brandenburgensis, ERNESTUS Dux Luneburgensis, PHILIPPUS Landgravius Hassiae, JOHANNES FRIDERICUS Dux Saxoniae, FRANCISCUS Dux Luneburgensis, WOLFGANGUS Princeps, ab Anhalt Sena-

Senatus item Magistratusque NORIN-  
BERGENSIS, & Senatus REUTLIN-  
GENSIS. Chytr.

Quia verò in causâ Sacramentariâ Zwinglii assieclæ ab orthodoxâ diversam opinionem tenebant, aliam quoque Confessionem ediderunt, cui Argentinenses, Constantinenses, Memmingenses & Lindavienses subscripserunt, ejusdemque autor Bucerus dicitur fuisse. At publicè eadem prælecta non est. Pontificii etiam vehementem censuram eidem opposuerunt, quod scirent, Sacramentariorum causam apud Cæsarem & reliquos principes exosam esse. Chytr. Hist. ug. Conf. p. 678 Cœlestin Tom. IV. p. 94. Hortleder. part. I. de causis B.G. c. 9.

Quod verò Orthodoxam Saxoniorum & reliquorum Principum Confessionem attinet, petierunt Romanenses, causæ suæ diffisi, ne Cæsar concederet Confessionem Protestantium vel typis exprimi, vel alio modo pluribus innotescere. Quod etsi promiserit Imperator, obtinere tamen id minimè potuit; Quin potius brevi tempore Confessio hæc

hæc in Germanica, Latina, Italica, Lusitanæ, Bohemica, Hispanica, Gallica, Anglicana, Belgica, Græca &c. linguis ab universo orbe legi potuit, & lecta est. V. Lauterbach. de Miraculis Aug. Conf.

Paulò post convocatis Imperii Ordinibus, prælecta est confutatio Confessionis Protestantum à Johanne Fabro, Eccio, Cochlæo, aliisque Pontificiæ Religioni addictis, composita, cuius exemplar Protestantes obtinere non potuerunt, quamvis id instanter petierint; Unde in Apologia tantum ad ea responderunt, quæ inter legendum observaverant. Confutatio ista Pontificiis lucrosa fuit. Reportarunt enim autores, quasi rem optimè egissent, ingentia præmia, Faber quidem Episcopatum Viennensem, alios redditus, unde Erasmi proverbium: *Der arme und magere Luther macht vielfeist und reich Sleid.* VII.

Habuerunt post hæc Pontificii & Protestantes varia inter se invicem colloquia, Religionis negotium concernentia, in quibus tamen hæc lites compone non potuerunt, eò, quod Pontificii

nam

Lusita.  
Angli.  
ab uni.  
V. Lass.  
rii Or.  
Confel.  
Fabro.  
ficiæ Re.  
is exem.  
potue  
int; U  
esponde  
averant  
osa fuit.  
Si rem o.  
a, Faber  
em, all  
erbium  
ichet v  
& Pro  
n collo  
icernen  
ompon  
tificii sa  
nam

nam doctrinam recipere nollent, Protestantes eandem deserere non possent.

Tandem jussu Cæsaris decretum quod-dam præleatum est, Lutheranos causâ cecidisse & ad Ecclesiam Romanam revertere debere, nisi mallent vindictam Cæsaris experiri. Hoc modô postquam tristia quævis Cæsar & Romanenses reliqui protestantibus interminati erant, è comitiis discessum est.

Protestantes igitur denegato sibi Pacis publicæ bonô, tributa ad bellum Turcicum solvere recusarunt. Interea B. Lutherus omnes heroicô spiritu ad constantiam hortatus est, editô egregiô libellô, cuius titulus: *Warnung an seine Lebe Deutschen.*

Circa hæc tempora Angliæ status per quam turbulentus fuit: quæ historia cum verè mirabilis sit, non immeritò hoc loco recensetur. Henricus Angliæ Rex hujus nominis VIII. hactenus Lutheri dogmata vehementer impugnaverat, editis adversus autorem variis & virulentis scriptis, à B. Lutherò animosè confutatis. Atque ob hoc ipsum, Pontifici gra-

S tissi-

410 AEGID. STRAUCH.

tissimum studium, titulum DEFENSO  
RIS FIDEI à Papa Romano Rex Anglia  
acepit.

Duxerat igitur Henricus in Matrimo-  
nium Catharinam Ferdinandi Regis Ca-  
tholici filiam, quæ Arthurō fratri su-  
antea nupserat, & quam is dubiæ con-  
ditionis viduam post se reliquerat; atq;  
hoc conjugium Henrici cum fratribus  
vidua initum Julius II. Pontifex appre-  
baverat. Cæterū postquam per XII  
annos in conjugio illo Angliæ Rex vixerat  
& suscepérat etiam tres filios & duas fi-  
lias, à quibus (cæteris maturè deceden-  
tibus) MARIA in spem successionis edu-  
cata est. Henricus in amore prouiorum  
rem, austoris moribus fœminam, &  
omni cultū & venustatis curâ abhorre-  
tem, aspernari incepit, & instinctu Tho-  
mæ Wolsei, hominis impotentissimi  
judicii, qui Margaritam, Francisci Ga-  
liarum Regis sororem, in perniciem Ca-  
roli, cuius Mater tera erat Catharina  
Henrico adducere in animo habebat,  
divortio cogitavit.

Neg

H.  
ENSO  
x Angla  
Matrimo  
Legis C  
fratri su  
iæ cond  
; atq  
fratris  
ex app  
n per XI  
ex vixen  
& duas  
deceden  
ionis edo  
nior. ux  
im , &  
ibhorre  
& tu Th  
otentissim  
ancisci Ga  
iciem Ca  
atharin  
ebat ,  
Neg

CONTINUATIO. 411

Negotium hoc statim ad Pontificem delatum est, à quo Rex vehementer petiit, incestuosas nuprias, cum fratis vi-duâ contractas, irritas pronunciari. Promittebat insuper Henricus, se velle communibus sumptibus adversus Cæsarem, qui circa ista tempora Pontificem quasi captivum habuerat, in posterum bella gerere.

At Legatis post restitutam libertatem demum, & pacem Cæsarem inter & Pontificem initam, advenientibus, Papa judicium suum procrastinavit, metuens Imperatoris iram, quam sciebat sibi gravem fore, insuper Regni non uno modo callidè illusit.

Missis itaque hinc inde nunciis, cùm Catharina religionem aliquam sponte suscipere nolle, sed matrimonium suum, quod Ecclesia Romana legitimum semel judicasset, constantissimè tueretur, ex altera verò parte Henricus indesinenter Legatos Pontificios, posteà Pontificem ipsum de maturandâ divorții sententiâ frustrâ urgeret, tandem moræ Pontificiæ pertæsus, Rex spretâ Papæ autoritate,

S 2 Can-

Cantuariensem Episcopum , pro repu-  
dio , contra Catharinam pronunciare  
jabet.

Quo facto Henricus cùm de gratia  
Pontifice impetranda desperaret , & an-  
thema Pontificis ægrè ferret , ordinu-  
Angliæ decretò , auctoritatem Pontifi-  
ciam per regnum abrogat , tributum an-  
num , ( Denarium Sancti Petri voca-  
bant ) jam ab inx temporibus pendis-  
litum , denegat , pœnam capitis con-  
tuit , si quis supremam potestatem Po-  
tificii adscribat ; Postremò Ecclesiastico  
tām Angliæ , quām Hiberniæ , Sacra-  
mentō adigit , ut se , tanquam Ecclesi-  
caput à Christo proximum , agnosca-  
Ut ut verò disciplinam & ordinem Eccle-  
siæ immutarit , doctrinam tamen Ron-  
nensium retinuit , Lutheranos æquè  
Calvinianos è regno suo proscribens .  
Præterea ad secunda vota perrexit Hen-  
ricus , duxitque Annam Thomæ Bolen  
equitis filiam , nuper Marchionissam cre-  
tam , quæ in Galliis & in Anglia fere in-  
famis erat . Testantur enim , sed Ponti-  
ficii Scriptores , Annam hanc fuisse copi-

cub  
teri  
lian  
pria  
Res  
no ,  
catu  
filia  
rius  
tale  
inde  
Qua  
risu

P  
Elis  
Reg  
ante

pp  
luoc  
sa , à  
ctis  
ter  
rii &  
Hen

acc  
cub

cubinarum Henrici adhuc viventium, alterius quidem sororem, alterius autem filiam, iinò à nonnullis ipsius Henrici propria filia habetur; quò referunt illud, quod Rex quodam tempore à Francisco Briano, domestico suo, quæsiverit, quale peccatum videretur, matrem primùm, deinde filiam cognoscere? Cui Brianus (Vicarius inferni cognominatus,) responderit; tale, ô Rex, quale gallinam primùm, deinde pullum ejus gallinaceum comedere. Quam profanam vocem dicunt magnô risu Regem excepisse.

Postquam verò Anna Bolena filiam Elisabetham enixa est, haud diu in gratia Regis permansit; Accusabatur enim, quod ante nuptias cum plurimis esset fornicata. Post Regias nuptias etiam cum fratre tuo concubuisset, quorū criminum causa, à judicibus, ad hoc negotium delectis inter quos Thomas Bolenus, qui pater Annæ dicebatur, sedebat) adulterii & incestus damnata, & Conjugis sui Henrici jussu, securi percussa est, id quod accidit anno Christi 1536.

*Conscripta ab his gestis peculiarēm*

S 3 viru-

## 414 AEGID. STRAUCH.

virulentum tractatum Nicolaus Sanden  
Anglus, Doctor Pontificius, sub titulo: Di-  
origine & progressu Schismatis Anglicani.  
Vide etiam Thuanum l. i. Sleidan. l. ii.  
Chytræi Saxon. lib. VIII.

Redimus ad Germaniæ nostræ res  
Protestantes itaque post finita Augustanæ  
Comitia, cum metuerent infensos sibi Im-  
peratoris & aliorum Statuum, pontifici  
religioni addictorum, animos, de nece-  
saria defensione cogitare cœperunt, in  
tò inter se fœdere, de mutuis auxiliis fe-  
rendis, adversus hostem communem  
quod fœdus Smalcaldicum communis  
vocatur, ideò, quod Smalcaldiæ, oppidum  
in Hassiæ confinibus sito, Protestantes  
iniissent haud tantùm, sed & anno 1537  
seqq. ibidem confirmassent etiam.

Cæsar verò quò firmiorem redder  
suam suorumq; primatum & autoritatem  
de Ferdinando in Regem Romanorum  
coronando, consilium iniit. Animadver-  
tebant tunc temporis Germaniæ proce-  
res vaticinium Trevirensis impletum in  
qui prædixerat, Carolorum nihil non pro-  
retinendâ Imperatoriâ dignitate pen-  
sant.

familiam suam ausurum esse. Hinc etsi Johannes Saxoniæ Elector , per filium Johannem Fridericum, adversus electionem hanc , ut Aureæ Bulleæ contrariam , protestatus sit , aliis item Imperii ordinibus displicuerit , prævaluit tamen Cæsar is autoritas. Quare Ferdinandus Coloniæ electus , & paulò post Aquisgrani coronatus , sed à Saxoniæ Electore , Jo hanne Friderico ( qui in locum parentis sui Johannis , Anno 1532. demortui , successerat ) diu post , certis conditionibus , ut Rex Romanorum , agnitus est.

Sleid. I. VII. & IX. XV.

Cæterum quod timeret Imperator Turcicam Tyrannidem , Protestantibus porrò ægrè facere non audebat tunc temporis, quin potius interventu Alberti Moguntini & Ludovici Palatini pacem cum iisiniit, factam Suinfurti , promulgatam Norinbergæ , duraturam verò ad proximum usque consilium.

Post hæc Turcæ , dum prædâ graves , redditum è Pannoniâ ad suos parant , à Cæsar is exercitu profligantur , fugitivos Cæsar prosequi noluit , sed in Italiam

S 4 abiit

abiit cum Pontifice Paulo III. acturus de Concilio, quem etiam permovit, ut primum Mantuae, post Vincentiæ id indixit, callidè prospiciens, ne cogeretur ulli bi. Existimant enim Pontifices, per concilia tantum de amplitudine sua detrahunt quantum ex disciplinæ emendatione, auctoritatis & ornamenti Ecclesiæ accedit cuius rei gratiâ non liberum, sed Pontificis tyrannidi subjectum, neque in Germania celebrandum, indixerunt. Inter Lutherus articulos in concilio offerendos, Smalcaldicos dictos, circa hæc tempora conscripsit. *Luth. T VI. Jen. Germ. Thuanus l. I. Sleid l. VII. & IX.*

Hæc dum agebantur, seditiosa Anabaptistarum turba cristas denuò erigeret incipiebat, qui motus Westphaliae primis exitiosus fuit. Nam Johannes Leidensis, operâ Rotrænni & Knipperdolingi usus, & è Sartore subito Rex creatus, Monasterium, Episcopalem civitatem, diripuit, omnia pro lubitu suo ibidem ordinavit, Magistratum pristinum abrogavit, duodecim Apostolos sibi elegit iisdem Ducatus, & Episcopatus assignans.

assignans, in quos ipse quidem nullum  
jus habebat. Polygamiam introduxit &  
alia nefanda facinora perpetravit. Tamen-  
dem tragicum exitum habuit fabula; ci-  
vitate enim ab Episcopo & confederata-  
tis, obsidione per 15. menses cinctâ, ad ex-  
tremam famem redactâ, demum ex insi-  
diis captâ, novus Rex, cum Sociis quibus-  
dam, igneis forcipibus laceratus & posteâ  
suspensus est. *Sleid. L. X. Osland. Cent. XVI.*  
*Videatur etiam Anton. Corvin. de hoc tu-*  
*multu Epistola apud Boxhornium p. 56.*

Uti verò Ecclesiæ reformationem, fe-  
liciter à Luthero cœptam, maximoperè  
promovit Scripturæ Sacræ in Germani-  
cam linguam, & jussu Ducis Lityaniæ  
Nicolai Razevil, in Polonicam transla-  
tio, quarum illa anno 1534. hæc verò  
anno 1540. absoluta est; ita novum or-  
dinem, Jesuitarum nempe, cuius auspicia  
in hæc tempora incidunt, AntiChristi  
Regno in subsidium misit Satan. *Matt. hef.*  
*in Vir. Luth.*

Ordinis hujus autor fuit Ignatius Lo-  
jola, Hispanus, è truculento milite, post

S 5 in

infortunium, quo utriusque pedis facilis  
conformi usu privatus est, subito religio-  
sus factus, quo minus mirandum Jesuito-  
rum ingenium est, ad nil magis quam san-  
guinolenta prouum facinora.

Refert Hospinianus *Histor. Jesuit. lib.*  
*cap. 1. Jacobum Crusium Landbergensem*  
*Jesuitarum Rectorem dixisse: Milites*  
*debuit nostrae Societatis pater, quia ut mil-  
itis est, totis viribus in hostem irruere, nec di-  
fistere, donec victor evadat; ita nostrum*  
*in omnes irruere, qui Pontifici Romanore-  
stunt, illosq; consiliis, dictis & scriptis, inci-  
cato etiam seculari brachio, hoc est, igne  
ferro, tollere & abolere: sicut Pontifex &*  
*nostra vota, contra Lutheranos suscep-  
tunt & mandant.*

Quod à JESU Ordinem suum deno-  
minari voluit Ignatius, ejus rei causam  
Pontificii hanc fingunt: Apparuisse al-  
quando Ordinis auctori B. Deiparam, por-  
tantem in ulnis puerulum JESUM, eum-  
que, ut in Filii sui honorem societatem  
seu Ordinem institueret, hortatam esse.  
Quâ visione permotum fingunt Ignatium  
Societatem Jesu primùm instituisse, qua-  
postea

postea , non obstantibus Cardinalium  
quorundam votis, religionum numerum  
minuendum esse suadentium , à Paulo III.  
approbata est. *Scripsierunt de hac Societa-*  
*te ejusdemq; Autore Maffaeus, Hasenmüllerus,*  
*Rodolphus Hospinianus, B. Chemni-*  
*tius, Aug Thuanus lib. XXXVII. ad an-*  
*num 1564. aliique.*

Intere à Cæsar compositis quodammodo in Germania , Italia & Hispania rebus, expeditionem in Africam adversus Turcam, suasu & auxilio Pontificis suscepit , ut hac ratione eundem à cura Pannoniam invadendi retraheret , vel certè ad plura reddere intentum. Jam enim in interiore Persia quoq; cum Thoma Ismaelis filio conflictabatur. Itaque ingentem classem adversus Hariadenum Barbaroslam , Exercitus Turcici præfatum , ex Hispania & Italia duxit Cæsar , Tunetum versus, Mauritaniæ metropoli , cuius Regem Muleassen paulò antè è regno expulerat , quietam in Cæsaris comitatu erat , restitutionem suam avide sperans.

Et ab initio quidem expeditio hæc pro-

S 6      spere

sperè processit , Tunetum enim à Christianis, qui captivi ibidem detinebantur occupatum est, dum Barbarossa in aperto campo cum Christianis dimicabat , classis item Turcica Christianis loco prædæ fuit

Postea verò Andreâ Doriâ rem segnius & imprudenter agente , Barbarossa collectis novis viribus reversus anno altero victor evasit, classe navalı Pontifici Veneto - Cæfareanā ad Actiacum promontorium dissipatā. *Lenenclav. Chron. Turcic. pag. 50. Cnuphrius in Paulo III Thuanus l. 1. Sleidan. l. IX.*

Cæsar ex Aphrica redux novi Bellum cum Galliarum Rege Francisco denuo gerendi, occasionem invenit. Obierat enim Franciscus Sfortia Mediolani Dux, sine mascula prole ; Quare Cæsar Ducatum Mediolanensem sibi, ut feudi Domino , adjudicabat ; Franciscus verò hanc provinciam ad se jure hereditario, pertinere urgebat. Unde funestissimum bellum obortum est, in Pedemontii præprimis & Sabaudia confiniis. Tandem Pontificis interventu, qui Regi Angliae & Prore

stanti-

stantibus exitium minabatur, induciæ decennales I : peratorem inter & Regem, initæ sunt. *V. Lamberti Vander Burchii Sabaudorum origines p. 240 seqq.*

In Italia hoc tempore, anno nempe 1538. cœpit mirabile illud agri Puteolani, aquis calidis & lutoſo ſulphure abundantis, incendium. Fuit hæc regio bienniō fere magnis terræ motibus agitata, ut pleraque ædificia, quæ ſolo non & quata errant, ruinam tamen minarentur. Post frequentissimos terræ motus, tandem magnus illius agri tractus, qui inter radices montis, quem Barbarum incolæ appellant, & juxta mare Avernum jacet, ſeſe erigere viſus eſt, & montis ſubitò naſcentis figuram imitari, eodemque die iſte terræ cumulus, aperto velutiore, magno cum fremitu, ignes evomuit, pumicesque & lapides, cinerisque foedi tantam copiam, ut quæ adhuc extabant Puteolorum ædificia operuerit, fugientibus per tenebras Puteolanis & Neapolin ſeſe recipientibus. Cinis ad LX. paſſuum millia, exhalationis vi, projectus eſt, propè voraginem ſiccus ; procul verò lutoſus &

S 7 humi-

humidus cecidit. Mons item circa vora-  
ginem , ex pumicibus & cinere • plus  
quam mille passuum altitudine , unâ no-  
cte congestus est. *Vid. Simonis Portii Nea-  
politani de hoc incendio Epistolam apud  
Marcum Zverium Boxhornium Histor.  
Univers. pag. 66.*

Dum Italix Regio flammis consumi-  
tur , ferrô & igne contra Antagonistas  
Romanensium in Galliâ & Angliâ agitur  
tantâ crudelitate , ut Regem Galliæ faci-  
sui paulò post pœnituerit , vel ad mini-  
mum id simulaverit. *V. Epistola Regis ad  
Protestantes. apud Sleid. l. IX.*

Cæsar quoque à Pontifice permotus  
multa in exitium Protestantium medita-  
batur , quod hi mature animadvertentes  
se suaq; necessaria defensione tueri cogi-  
tabant , cuius rei gratiâ aliquot conventus  
ut Francofurti , Brunsvigæ & alibi insti-  
tuti sunt , multi quoque in fœdus Smal-  
caldicum recepti , inter quos fuit Chri-  
stianus Daniæ Rex , qui tam non ut Rex  
sed ut Holsatiæ Dux admissus est , Johan-  
nes item Brandenburgicus , Magistratus ,  
& incolæ urbis Rigæ in Livonia &c. *Sleid.  
lib. XII.*

Simul.

CONTINUATIO. 423

Simultates inter Cæsarem & Protestantes multum augebat Concilii indictio, ad diem 23. Maji 1537. à Pontifice facta. Cæsar enim ut & Pontifex per Legatos suos, serio jubebant Protestantates, ut in eodem comparerent. Hi verò excipiebant, nullò modo sibi hac ratione satisfieri, cum vitiōsa sit indictio Concilii à Pontifice facta; Locus, Mantua nempe suspectus, & contra promissum Cæsarī; Denique forma agendi in Bulla Papali expressa, contra æquitatem, quæ eundem & reum & judicem esse prohibeat. Adeundem modum ferè adversus hanc inductionem, scripsit Henricus VIII. Angliae Rex, & se hujus concilii decreta recipere nolle, protestatus c. st. V. scriptum Protestantium de causis declinati Concilii.

Status quidam Pontificiæ religioni addicti, audientes de Protestantium fœderibus, quæ iniebant mutuò, ipsi quoque Norinbergæ fœdus fecerunt, præsente atque id urgente Cæsarī Legato. Primarii erant Georgius Saxoniarū, Wilhelmus Bavaricæ, Ericus & Henricus Brunswicensium Duces, quorum ultimus Præfecti instar

Instar erat. Inter alia dum Landgravius Hassiae, è literis, quæ à Brunsvicensi ad Electorem Mogunt. & Legatum Cæsareum datae erant, insidias sibi suisque structas mature cognovit, tunc temporis eadem irritæ fuerunt, atque publicæ tranquillitatis causâ, usque dum pax perfectè iniici posset, inducere quindecim estres facta sunt. Sleidan. l. XII.

Cæterum multum nocuit Romanensibus Georgii Ducis Saxonie repentina mors, quæ anno 1539. accidit. Quia enim hic ipse Lutheranorum acerrimus hostis, sine mascula prole mortuus est. Friderico filio paulo antè & præmaturè fatus concessò, HENRICUS frater, jure hæreditariò, regiones Georgii occupavit, qui Lutheranam Religionem amplexus, templo Evangelicis subito aperuit. Ita factum est, ut cum Pontificii in Paschatis festo Lipsiæ docuissent plebem, in festo Pentecostes ex iisdem suggestibus, verba fecerint Protestantium Theologi. Sleid. ibid.

Eodem tempore nova Sedra LIBERTINORUM sive ANTINOMORUM inno-

innocuit, autore Johanne Agricolâ Islebio, qui prius orthodoxam Ecclesiarum Saxoniarum doctrinam approbavit, & aliis quoque studiosè inculcavit, comitiis item Augustanis interfuit. Caput erroris erat à Manichæis mutuò sumptum, nempe legem Mosaicam in Vet. Testam. à Deo latam ad nos nequaquam pertinere. Unde sequentes doctrinæ Antinomorum flosculi erant : *Lex verbi divini titulum non meretur. Lex ad Curiam, non suggestum pertinet. Ad patibulum cum Moyse. Evangelium in propriissimo suo, maximeq; specifico usu ac officio est concio pœnitentia, atque ideo ad contritionem & agnitionem peccati non opus est lege &c.* Quia verò B. Lutherus hos errores nervosè confutavit, Islebius tunc temporis palliodiam canere visus est. *De Antinomis* videatur B. Luth. T. V. Jen Germ. Form. mu. Christ. Concord. art. V & VI. Osiander Centu. XVI. l. III c. 62 quicquid statutur, se audiisse, Johannem, etiam in proœcta admodum atate, hominem epicuræo, quam pio Theologo fuisse similiorem. B. Hutter. in Form. Conc pag. 467. Hornbeck in summa Con-

trou.

426 AEGID. STRAUCH.

trov. Relig. pag. 688. qui hanc heresin  
adhuc hodiè in Belgio multos fautores ha-  
bcretestatur, optans, ut eorum numerus  
minui possit.

Quo tempore Ecclesiam turbabant  
Antinomi & alii Hæretici, Politicum re-  
gimen infestabant Anti-Christi assecda.  
Afflictis itaque Germaniæ rebus, quò  
maturè succurreret Cæsar, itinere per  
Galliam feliciter & magna cum pompa  
instituto, multatis item Gandavensi-  
bus atque in memoriam rebellionis ex-  
structa arce Cæsarea Wormatiæ conven-  
tum instituit, Protestantium & Pontifi-  
ciorum, quos & conferre secum invicem  
atque colloqui jussit. Nulla enim medi-  
cina gravissimo Germaniæ vulneri vide-  
batur salubrior, quam religionis unitas.  
At cùm metuerent Pontificii, ne natio  
Germanica, si aliquid seorsim in fide stra-  
tueret, à reliquis schismatis cuiusdam ar-  
gueretur, fine suo caruit colloquium.  
*Chyraeus ib. XI.*

Exceperunt idem Anno 1541. Comiti  
Ratisponensia, ante quorum auspicium  
colloquium de religione continuari ce-  
pit

pit, at sine utilitate, cum Pontificii in erroribus suis constantissimè perseverarent, ad futurum concilium provocantes. In comitiis ipsis Henrici Brunswicensis adversus Protestantes consilia detecta sunt, arguentibus illum Saxone & Henrici ipsius fratre germano Wilhelmo, quem ille per biennium captivum tenuerat. At Turcarum irruptione aliò distracti sunt Procerum animi, & quò feliciùs adversum communem hostem agi deinceps posset, decretum, de toleranda utraque Religione stabilitum est R. A.

Mortuo enim Johanne, Ferdinandi Germaniæ Bohemiæ & Hungariæ Regis acerrimo æmulo, Buda, Regni Metropolis, Barbaro dedita est, cuius auxilium Johannis vidua, unà cum Sobole, adversus Ferdinandum implorabat. Turcarum Imperator, retentâ Budâ, Johannis posteros in Transylvaniam ire jussit. *Tenuerius Annals, Compend. Rer. Hungar. pag. 29. Resp. Hung.*

Cæsar interea quò Barbarorum copias distraheret, ex Hispaniâ in Africam moxit ad Algeriam. Sed infeliciter: exortis

tis enim tempestatibus, laceram classem, exhaustumque militem in Hispaniam reportare coactus est. Putant nonnulli cladem hanc non omnino præter opinionem Cæsar is accidisse, rati minore virium & famæ dispendio se cum ventis & tempestatibus conficitur um, quam si cum Solymanni copiosissimô exercitu pugnans, omnium fortunarum aleam uno præliô subiisset. Omne tamen calamitatem evitare non potuit, irrita & infelici expeditione, anno sequenti in Pannoniam suscepit. Strigonium enim & Albam quod minus expugnarint Turcæ impedire non potuit.

Cæterum quo tempore Cæsar bellum adversus Turcam restaurare conabatur, novo bello cum Galliæ Rege implicari cœpit. Franciscus enim Galliæ Rex, cum Mediolanensem Ducatum à Cæsare non reciperet, utiquidem ipse expectaverat, Legatos item ad Imperatorem Turcum à se missos, Fregosum & Rinconem, in ditionibus Cæsar is occisos esse, audire, inducias subito abrupit, atque Caroliter ras

ras quinque simul locis adortus est, majoritatem conatu, quam rerum suarum incremento. *Chitr. LXII.*

Fuit hoc bellum præ reliquis Christiano orbinoxiū. Nam omnia consilia recuperandi à Barbaro occupata loca, tunc facta sunt irrita. Etsi enim Hungarī suppetias miserint Germani, & divi Mauritii præ primis, Saxoniam Ducis, Henrici filii, eminuerit virtus, qui militis cūjusdam rārā fide servatus, vix evasit Turcæ imminacitatem, infastum tamen hunc conatum reddidit Cæsareanorum defectus.

Sed & aliæ nationes bello Gallico-Hispanico implicabantur, ita ut totius Europæ propemodum videri potuisset, Gallo enī auxilia subministrabat Christianus III. Daniæ, & Gustavus Sueciæ, Reges, Dux item Clivensis Guilielmus, cui Cæsar Geldriam concedere recusabat. Cæarem verò, præter multos Germaniæ proceres & intar hos laudatum modò Mauritium, juvabat Henricus VIII. Angliæ Rex, post mortem materteræ cum Cæsare reconciliatus. Ad hæc Imperatoris

toris Turcici Præfectus Barbarossa, à Gallo, uti putant, ad id evocatus, Nicæam Sabaudiæ civitatem & portum præstantem expugnavit, quô factô æquè irritatus in Gallum fuit Pontifex atque in Hispanum, qui cum Rege Angliæ fœdus inierat.

Dum Reges potentissimi inter se di gladiabantur Germani in propria visceribiebant. Henricus enim Brunswicensium Dux, Protestantibus infestus, Goliarienses & Brunswicenses oppidans fœderis Smalcaldici socios, miserè vexabat; quare Johannes Fridericus Saxonii Dux & Elector, nec non Philippus, cognomento MAGNANIMUS, Landgravius Hassiæ, frustrâ priùs tentatis pacificæ transactionis mediis, vi tandem & armis Henricum oppresserunt, ditione e jas occuparunt, Ducem deniq; terga vertere coegerunt. Calamitate hâc miserquidem, non melior tamen Henricus facinus est; Protestantes enim apud Cæsarem primò in Italia, post anno 1544. in Spirensibus comitiis ( ob Cæsaris, Ferdinandi Regis & omnium Electorum præsentiam, au-

gu  
tu  
pl  
gr  
eu  
ta  
ce  
  
sar  
bu  
bu  
abi  
cu  
pe  
rè;  
mi  
rui  
utr  
can  
Po  
bus  
est  
lio  
in  
dio  
no  
gult

gustissimis) graviter accusavit. Quia verè tunc temporis opem Protestantium implorabat Cæsar, Elector quoq; Saxoniam gratiam Ferdinandi demeruerat, quod eum Romanorum Regem salutasset, irritæ fuerunt Brunswicensis technæ & pacem servare utriusque parti mandatum.

Paulo posthæ ipsa comitia, cùm Cæsar, Imperii Germanici succinctus viribus, Galliam miserè vastaret & populabundus non procul à Lutetia regni capite abesseret, Anglus quoque Boloniæ occupasset, pax inter Galliæ Regem & Imperatorem inita est, his conditionibus ferè; ut Sabaudia pristino restitueretur Domino, oppida, quæ huc usque à violaturum induciarum tempore capta fuerant, utrinque redderentur, & adversus Turcicam Tyrannidem, item ad oppugnandos Pontificiæ religionis osores, communibus armis ageretur; Denique conventum est, ut Carolo Aurelianensi, Francisci filio intra biennium Cæsar filiam Mariam in matrimonium daret, dotisq; loco Mediolani Imperium attribueret, sin filiam non posset, Ferdinandi fratris filiam &

BEL.

432    ÆGID. STRAUCH.

Belgium prodote traderet. *Sleid. lib. XI.*  
*Tbuan. l. I.*

Hoc ipso tempore variæ pietatis, & ingenuarum artium officinæ exstructæ & aperæ sunt. Mauritius enim, ut ut fœder Smalcaldico renunciasset, orthodoxam fidem nihilominus sedulò propagavit, & Misniæ Grimmæ, portæ illustres Scholaris instituit. Academiam item Regiomontanam Albertus Brandenburgicus, Magister Ordinis Teutonici, anno 1544. aperuit. *Sleid. loc. cit. Middendorpius Academ. l. V. p. 333.*

Post pacificationem Imperatoris cum Rege Galliæ anno 1545. Wormatiensia comitia habita sunt restaurandi belli Tuscicic causâ, in iisdem animus Romanensis um aduersus Protestantes non paruminnotuit, frustrâ enim hi pacem, non adstrinxerunt. Etam Concilii Papalis arbitrio petierunt unde suspiciones de futuro bello haud evano invaluerunt, quas vehementer auxit Caroli V. Imperatoris factum, qui cum Turcâ potius fallaces inducas, quam cum Protestantibus firmam pacem involuit. *Sleid. l. XVI.*

Cato

Cæterum ne ansa criminandi Prote-  
stantes Pontificiis decesset , tandem anno  
1545.die 15.Decembr. sub Paulo III. Con-  
cilium, nomine OECUMENICUM , re-  
verà autem PAPALE , an. 1542. indictum  
Tridentihaberi cœpit , omnia pro Iubitu  
& privatō arbitriō decernentibus Ponti-  
ficiis , neque in eodem veritatis , Scriptu-  
ræ dictis stabilitæ, ratio habebatur , sed fa-  
stus & autoritatis Papæ . Concilium hoc  
cum interruptum sit sæpius , duravit usque  
ad annum 1563.circa cujus finem , finis quo-  
que concilio impositus est , cujus acta Pius  
V anno sequente confirmavit.

*De Concilio Tridentino peculiarem li-  
brum conscripsit Paulus Servita Venetus ,  
sub nomine Svavis Polani , quem Scipio  
Heinricus in Messanensi Academia Doctor  
Theologus , refutare conatus est . Vide  
etiam B. Chemnitium , qui decreta hujus  
concilii è Scripturâ Sacrâ erronea esse pro-  
bavit , Sleidanum L. XVII. Ofiand. Cen-  
tur.16. & alios ejus temporis scriptores . Mo-  
dum agendi in concilio à Pontificiis appro-  
batum , gnaviter & in compendio descriptis  
Andreas Dudithius Episcopus Quinq; Ec-  
clesi-*

T

clesi-

clesiensis in Epistola ad Maximilianum Casarem, cuius sequentia verba sunt: Qui profici potuit in eo Concilio, in quo numeri rentur, non suis momentis ponderarentur sententia? Si causa, si ratione pugnandum fuisset, si pauci quidam socii nobis adfuisse viceramus, quamvis pauci, magnas copias adversariorum: sed cum numerus tantum prodiret in aciem, quo longè inferiores futuri fuissimus; in optima causa victores cederem non potuimus. Singulis nostris militibus de suis Papa potuit opponere: accidens parum multi viderentur, repente mille creare potuit, quos suis laborantibus subsidio mitteret. Itaque videre erat, quod iidi famelicos & egentes Episcopos, ex majori parte barbatulos adolescentes, luxuriantes, Tridentum volare, conductos a sententiam secundum Papam voluntatem cendam, indoctos illos quidem & stolidos, tamen impudentiam & audaciam utiliterant, tum vero viatrix exultabat iniquitatem neque decerni jam quidquam potuit, nisi eorum sententiam, qui Papae potentiam luxuriantem.

luxumque defendere, summam religionem  
arburabantur. Erat aliquis vir gravis &  
eruditus, qui tantam indignitatem ferre  
non poterat, hic, ut non bonus Catholicus,  
terrore, minis ac insectatione à Concilio ad  
probandum quæ nollet, iraducebatur. In  
summa, in eum statum res est adducta,  
istorum, qui illuc facti institutiq; venerant,  
improbitate, non ut jam Episcoporum, sed  
larvarum, non hominum, sed simulachro-  
rum, quæ nervis moventur alienis, ut Dæ-  
dali statua fuisse perhibentur, Concilium  
illud videtur. Erant Episcopi illi con-  
ductitii plerique, ut utres, rusticorum mis-  
sicum instrumentum, quos, ut vocem mit-  
tant, inflare necesse est. Nil habuit cum  
illo conventu Spiritus S. commercii, omnia  
erant humana consilia, quæ in immodica,  
& sanè quam pudendâ Pontificum tuendâ  
dominatione consumebantur. Illincrespon-  
sa tanquam Delphis aut Dodona expecta-  
bantur, illinc nimirum Spiritus ille S. quem  
suis Conciliis præesse jactant, tabellarii  
manicis inclusus mittebatur: qui quod ad-  
modum ridiculum est, cum aliquando, ut  
sit, aquæ pluviis ex crescabant, non ante

advolare poterat , quam inundationes de-  
sedissent. Ita siebat , ut Spiritus non super  
aquas , ut est in Genesi , sed secus aquas for-  
retur. Oportentosam & singularem demen-  
tiam ! Ratum nihil esse poterat , quod Epi-  
scopi , tanquam plebs , sciscerent , nisi Papa  
autor fieret &c.

Belli Smalcaldici , post auspicium Tri-  
dentinæ Synodi adversus Lutheranos insti-  
tuti , prodromus fuit Waldensium clade  
quæ uno annō ferè priùs accidit. Walde-  
ses vocatisunt , qui Petri Waldi Mercato-  
ris Lugdunensis , ( unde Pauperum di-  
Lugduno nomen ) anno 1160. Ecclesiæ  
Pontificiæ heterodoxiam & abusus taxan-  
tis , doctrinam propugnarunt , atque iudeo-  
in Pedemontio , Bohemia , Hungaria &  
alibi confederunt , & quamvis Pontifici  
eosdem persequerentur atrociter , adu-  
que tamen hæc tempora in magna copia  
Pedemontium & finitimas regiones incide-  
bant. Hos itaque Rex Franciscus , Triu-  
lli , Pontificis Legati & Aquensis judicis  
Minerii permisit tyrannidi , à quibus nihil  
omnino intermissum est eorum , quæ vel  
ipso Diabolo , DEO permittente , per-  
potuissent.

Fidei Waldensium summa capita à Paulo Perrino, Ænea Sylvio, Chronicis Waldensium autore, Sleidano I. XVI. Johanne Henrico Hottingero Histor. Ecclesiast. part. 3. recensentur hæc. (1.) Solis literis sacris esse credendum in iis, quæ ad salutem pertinent, & nulli præterea homini, aut scripto, firmiter sentiunt. 2. Sacras literas integrè continere omnia ea, quæ ad salutem sunt necessaria: eo que nihil penitus recipiendum in religione esse, nisi id solum, quod nobis DEUS in sacris literis præcepit, indubitanter credunt. 3. Unum tantum esse mediatorem, nec esse invocandos sancti sullâ ratione, statuunt. 4. Purgatorium nullum esse, sed omnes homines vel per Christum justificatos in vitam aeternam, vel non credentes in aeternum exitium abire: tertium aut quartum locum superesse nullum, ajunt. 5. Tantum duo Sacra menta, Baptismum ac Communionem, recipiunt ac probant. 6. Omnes missas & præcipue eas, quæ promortuis canuntur, impias, ad eo que abolendas penitus esse affirmant. 7. Omnes traditiones humanas rejiciendas, vel certè pro necessariis non habendas esse:

T 3

eo que

eoque tollendum esse cantum ac recitationem officii, jejunia ad certos dies alligata, superfina festa, discrimin ciborum, tam vario gradus ac ordines Sacerdotum, Monachorum, ac Monacharum, varias benedictiones seu consecrationes creaturarum, voluntariae peregrinationes, & aliam omnem turban rituum ac Ceremoniarum, ab hominibus inventarum seu excogitarum, antiquam esse 8. Primum Papa super omnes Ecclesias, in primis potestatem ejus supra omnem Politiam, seu utrumque ejus gladium penitentem negant: nec censent alios gradus sacerdotales in Ecclesia retinendos esse prater Sacerdotum, Diaconorum & Episcoporum. Communionem sub utraq<sup>u</sup> specie & piam & necessariam, utpote a Christo ordinata & precepta, asserunt. 10. Romanam Ecclesiam esse Babylonem, de qua in Apocalypsi Papam esse omnium Errorum fontem, & errorum Antichristum, contendunt. 11. Indulgencias quoq<sup>u</sup> rejiciunt. 12. Conjugium Sacerdotum pium ac necessarium in Ecclesia esse docent. 13. Verbum Dei audientes & ressentientes, Ecclesiam ejus esse, eique Ecclesia claves à Christo datas, eoque eam posse ad

et  
Ch  
di  
ce  
tes  
dit  
ten  
cui  
rec  
fit.  
ho  
vis  
Pr  
ba  
vit  
cis  
ga  
ut  
Qi  
R  
co  
pu  
à I  
&  
en

etiam debere lupos fugare, & veros bonosq;  
Christi pastores vocare, & eorum vocem au-  
dire, ac ab illis Sacra menta percipere, &c.

Circa hæc tempora Henricus Brunsvi-  
censis denuò classicum adversus Protestan-  
tes cecinit. Sed infeliciter: dum enim  
ditiones suas, hactenus à fœderatis re-  
tentas, (astu Gallum deludens, cuius pe-  
cuniâ in conscribendo milite utebatur)  
recuperare voluit, libertatem etiam ami-  
fit, & captus à Landgratio Hassiæ, co-  
hortium fœderatarum duce, est. Et quam-  
vis Henricus mandata Cæsaris violasset,  
Protestantibus tamen dira quævis mina-  
bantur Pontificii, ob retentum in capti-  
vitate Ducem, Ipsem et Cæsar publicæ pa-  
cis violatæ pœnam Henrico & sociis irro-  
gare recusabat, & Landgravium potius,  
ut dimitteret copias, hortabatur severè.  
Quare fœderati, cum animadverterent  
Romanensium conatus, Francofurti  
convenerunt, deliberaturi de securitate  
publica, & unanimi consensu decreverunt,  
à Pontificiis illatas sibi injurias vindicandi,  
& adversus injustam vim, arma capi-  
endi.

In tam periculoſo ſtatu cum eſſent  
Germanorum res , B. Lutherus ad ſuperi  
& cœleſtia evocatus eſt , eō ipſo tempore  
quō Islebiæ , à Comitibus Mansfeldensibus  
evocatus , & arbiter delectus , at diſſidium  
de finibus & hæreditate inter consangvineos  
obortum , componeret , degebat . Fi  
nem vitæ non inopinatum , uti Pontifici  
criminantur , ſed proviſum naſtus eſt ; cum  
enim extrema jam imminere ſibi intellige  
ret , converſis in cœlum oculis , verbiſ  
quentibus eſt uſus : *Mi cœleſtis pater , miſi  
ricors Deus . gratiastibi ago , quod man  
festasti mihi filium tuum Iesum Christum  
quem confeſſus ſum haſtenus , quem amavi  
& colui , quem item Papa Romanus cum  
aſſeclis ſuis perſequitur , & ignominia affi  
cit . Orote , JESU CHRISTE , uſcipe  
animam meam . Certo conſido , me poſt ex  
ceſſum è corpore , tecum in aeternum viſi  
ruſeſſe . Itaque in tuas manus me commen  
do &c.* Hæc ferè verba precatus Vir De  
obiit & ſui deſiderium piis omnibus poſte  
reliquit anno 1546. dic 18. Februar. ætatis 63.  
Vide Mattheſii vitam Lutheri. Sleidan  
L. XVI.

U

*CONTINUATIO.*

441

Ut redeamus ad belli Smalcaldici semi-na, Protestantes equidem insidias sibi à Romanensibus strui è locis quainplurimis certiores fiebant, Cæsar is tamen cum Landgravio colloquium annō 1546. Spiræ habitum, belli metum aliquantulum minuebat, quippe cum Cæsar animum ad pacem prouum profiteretur. *Sleid. l. 15.*

At paulò post planissimè detecta est Pontificiorum fraus, quando ad comitia Ratisponensia perventum est. In iisdem enim Moguntinus & Trevirensis cum Coloniensi Hermanno, Romæ proscripto, & Palatini, Saxonis, ac Brandenburgici, Septemvirorum Legatis, minimè consilia, ut fieri assvererat, communicarunt, sed Cæsar is voluntati, qui, sub pietatis schemate, Pontifici obsecundabat, morem gerentis, continuò concilium Tridentinum approbarunt, & Cæsarem, ut illud tueri vellet, hortati sunt. Postularunt item, ut Protestantes Tridentum venirent, atque Synodi decretis cæcâ quādam obedientiâ subscriberent. *Sleid. lib. XVI. Th. l. 2.*

T 5

Præ-

Præterea Cæsar, Rex Ferdinandus & Papa Romanus militem conscripserunt velociter dissimili tamen usi scheme ac titulō. Pontifex enim Religionis causam pallam prætendebat, atque in literis ad Helvetios eandem aperte indicabat. Supplicationes item publico diplomate indicebat, pro felici successu ejus belli, quod contra pravæ doctrinæ in Germania secessores, à se & Cæsare, communibus copiis ac sumptibus, suscipere decreverunt. Cæsar verò & confederati ejusdem protestabantur, se nequaquam ob solam Religionis causam, publicam tranquillitatem turbare velle; Tantum inobedientiam quorundam, qui neglectâ autoritate Cæsaris, Principum quorundam ditiones occuparint, coercendam esse. Bellum igitur se suscepisse ajebat Cæsar, juris & xquæ conservandi, Imperatoriæ dignitatis & Germanicæ libertatis recuperandæ causa, per sediciosos homines oppressæ. Atque hac ratione factum est, quod multi, qui orthodoxam doctrinam amplectebantur alias, castra tamen Cæsaris secuti

stat  
F. 7. 1

sint. Inter quos erant Mauritius, & Augustus Saxoniz Duces, Johannes item Brandenburgensis, qui amicitiam socii Henrici, in Hassia captivi, fœderi Smalcaldico anteponebat.

Johannes Fridericus Elector Saxoniz & Philippus Hassiæ Landgravius, quod certi essent omnem bellicum apparatus contra se fieri, delectus & ipsi habuerunt, atque tunc percommode accidit, quod Gallus cum Anglo pacem iniisset, Germanorum enim plurimi hinc inde dimisi, Protestantium signa secuti sunt.

Tandem anno 1546. die 20. Julii emissi diplomatici, Elector Saxoniz & Hassiæ Landgravius à Cæsare proscripti sunt. Ipsi vicissim bellum Cæsari denunciarunt & crima, quorum accusabantur, diluerunt graviter.

Sed cùm scriptis hinc inde apologiis nil perficeretur, unicum in armis erat præsidium. Annotarunt eorundem temporum Historici, Protestantium partis nil nocuisse magis, quam Ducum, æquali potestate gaudentium, æmulationes & dissidia; unde lentè admodum in eorum

T 6 castris

castris omnia gerebantur. Nam plurimum  
 & quanto imperio, universi segnes erant, &  
 quid agendum esset, ferè incerti. Quod-  
 portunum maximè Cæsari accidit, qui  
 dum copiæ ex Hispania, Italia, Belgio &  
 aliis regionibus convenirent, hoc unum  
 satagebat, ut tempus duceret, & suspensos  
 hostium animos, nequid interea molli-  
 rentur, teneret.

Permultum quoq; nocebat Protestan-  
 tium rebus potentissimorum Regum  
 Francisci Galliæ, & Henrici VIII. Anglie  
 obitus, qui unô eodemque tempore fuit  
 mortui sunt. Uterq; n. cavere erat solitu-  
 ne Cæsar's potentia nimium excresceret.

Ad omnium vehementissimè Protes-  
 tantium fortuna per simultates, inter  
 Principes Evangelicos obortas, destrue-  
 batur. Mauritius enim Dux Saxonie,  
 quod putaret, Cæsarem de Religione sibi  
 satis cayisse, metueret item partis adversa  
 potentiam, & ditionis suæ, Electorali  
 hinc inde imminxtæ, ruinam, unâ cum Fer-  
 dinando Bohemie Rege, anno 1546. E-  
 lectoris Saxonie terras invasit atque op-  
 pida omnia fecit, exceptâ Wittenbergâ, &

atq; is

aliis quibusdam munitioribus, factâ deditio-  
tione, occupavit. Quare intestinis bellis  
vexatâ Saxoniâ, Protestantum res incli-  
nare cœperunt, cum Johannes Fridericus  
Elector Saxoniæ in suas ditiones redire  
cogeretur, & Hassia Landgravius Philip-  
pus, adversus generum suum Ducem  
Mauritium copias ducere recusaret.

Paulo post discessum fœderatorum  
principum è Superiori Germania, sine  
difficultate eam Cæsar recuperavit, Duci  
Würtenbergico in genua coram se pro-  
strato veniam indulxit, propositis durissi-  
mis pacis conditionibus, quibus etiam  
plerasque civitates recepit Imperiales.

Elector Saxoniæ ad suos reversus, non  
tantum quæ Mauritius occupaverat ob-  
pida, facile obtinuit, sed hostis etiam sui  
regionem vastavit, Albertum Marchio-  
nem Brandenburgensem cepit & præter  
Lipsiam, frustrâ obfessam, & Dresden,  
omnes ferè Mauritiæ civitates ad ob-  
quendum sibi adegit. At paulò post inci-  
pinata accidit catastrophe; Cæsar enim  
postquam suas copias cum Ferdinando &

Mauritio conjunxerat, Electorem, Wittebergam properantem, insecurus & inventô vadô in Albis flumine assicutus quoque est, non procul à Mulbergo oppido, & cum viribus prævaleret, fortissime pugnantem, atque in sinistra maxilla vulneratum cepit.

Accidit hæc clades die 24. April. anno 1547. cum Sol per integrum quatriiduum in Germania, Gallia & Britannia tristia minatus esset. Miserae item cum Canonio horâ septimâ matutinâ cantum Augustini; TE DEUM LAUDAMUS, captum Electorem, cœcinissent, fulmen horâ quintâ pomeridianâ ædem illam incendit, tres turres dejecit, tectum, organum, & campanas ignis absumisit. Quam vehementem tempestatem miraculosam fuisse, inde colligitur, quod nullum aliquid tonitru vel præcessisset, vel secutum esset. Fabric. Sax. lib. 2. pag. 325. Chytr. Dresdens mill. 2.

Captiō Electore, sine difficultate Witteberga occupata est, ipsō Electore milites ad id hortante; Captivo etiam Eleitoralis dignitas adempta, & cum pleris-

que  
qu  
Co  
inf  
riti  
eti  
ter  
sui  
du  
im  
rep  
do  
nir  
mi  
ne  
tis  
fœ  
gra  
tis  
riti  
gic  
ple  
gra  
bei

que oppidis Mauritio concessa est, qui in Comitiis Augustanis paulò pòst habitis, inspectante Johanne Friderico, solenni ritu, in Collegium Electorale introductus, Archimarschalli insignia obtinuit.

Utut autem mortem ipsam captivo interminaretur Cæsar, quem regionibus suis privaverat, eundem tamen ad id adducere non potuit, ut vel signum unicum impatientiae ediderit, subinde potius hæc repetens: *Quid ob illa angerer, quæ quando in potestate nostra sit a non sunt, ad nos minime pertinere existimare debemus?* Multò minus ad id se adigi est passus, ut fidem abnegarit, & in concilii Tridentini decretis se acquiescere velle promiserit.

Paulò pòst cum animos demisissent foederis Sinalcaldici socii, Hassiæ Landgravius, qui ferè solus restabat, propositis durissimis pacis conditionibus, à Mauritio genero, & Johanne Brandenburgico persuasus est, ut ad Cæsarem subplex venerit. At longè aliter, quàm Landgravius opinatus erat, evenit. Cui enim libertatem spöonderant Mauritius & Johannes

hannes, idque ad Cæsaris promissum, is  
nihilominus captivus est detentus, reper-  
tō vocabulo, quod pro NULLA capti-  
vitate, NON PERPETUAM sonaret.  
Hoc ipso facto, non parum offensi sunt  
Mauritius pariter atque alii, qui in castris  
Cæsaris militaverant. Invidiam augebat  
quod sub Hispanorum custodia Duci  
captivi, quasi in Germaniæ opprobrium  
ducerentur, unde non triumphum ex vi-  
ctoria, sed truculentissimum odium ei  
triumpho reportavit Cæsar. Sleidan.

XIX. Thuanus l. 4.

Post hæc Ferdinandus Rex Bohemus  
suos bellō petiit, quod Electoris partes  
ob fœdus mutuum, sequi maluissent, quam  
fidem exuere. In durissimam igitur ser-  
vitutem tunc redacta est gens olim libera,  
quæ enim Regis arbitrio se permiserat  
privilegiorum & immunitatum exempla  
& documenta omnia exhibere coacta est,  
è quibus, quæ voluit, Ferdinandus abro-  
gavit.

Dum hæc agebantur in Germania, Ev-  
angelii doctrina vires in Anglia accipie-  
bat. Extincto enim Henrico Rege, qui

huc

hucusque mores, non doctrinam Romanensium impugnaverat, EDUARDUS novem annos natus, successit, qui Annō 1548. Pontificios Doctores regnō ejecit, Evangelicos verò recepit ac defendit. Gaudium quoque Pontificiorum, de subiectis Protestantibus, in magnam tristitiam, per ea, quæ in Comitiis Augustanis anno codem 1548. agebantur, conversum est. Cæsar enim vehementer offensus, quod Pontifex concilium Tridenti habendum, Bononiam transtulisset, instigatus item à Germanis, in Comitiis comparentibus, Pontificem per Legatos suos graviter increpuit, neque concilii, sed conventū titulum Bononiensibus tribuit. quorum decretis obligandi vim omnem denegavit.

Pontifex verò Paulus III. cùm in sententiapermaneret & conciliorum curam ad Cæarem non pertinere, insolentius responderet, aliam conciliationis viam Cæsari inire placuit. Delegit nempe Julium Pflugium Naumburgensem Episcopum, in locum Ambsdorfii nuper restitutum, Michaelem Sidonium, & Joannem Agricolam Islebium, qui Antinomorum

ruim sententiam olim defendere coepit  
rat, omnesque adeò Schismaticos, & qui  
religionem venalem esse putabant. Hi  
triumviri formam Interreligionis con-  
scripsérunt, quæ vulgo INTERIM di-  
citur ideò, quod comprehendenter doctri-  
nam, quæ INTERIM, dum concilium le-  
gitimum instituatur in Germania, doceride-  
buerit è Mandato Cæsarî, qui die XV.  
Maii anno 1548. fœtum hunc quodlibe-  
ticæ Religionis publicè produxit & omnes  
fovere eum jussit. Autores item ejusdem  
magnis præmiis remuneravit, Michaelen  
Sidonium Mersburgensi Episcopatu, re-  
liquos aliis redditibus. Unde Protestan-  
tium dicterium: *Ob id illos chrismatis  
sacri olei usum tueri, quod inde capi-  
unctius referrent.*

Extat liber pestilentissimus in Recessi-  
bus imperii sub titulo, Declaration de  
Religion / & complectitur ea, quæ maxi-  
mam partem Pontificiorum propria do-  
gmata sunt, nisi quod Sacerdotum  
conjugium non penitus in eodem da-  
mnetur, nec carnis & sanguinis CHRISTI  
sub utraque specie communio omnino  
refi-

rejiciatur. Utrumque enim tolerandum esse dicitur, donec de tota re è concilii sententia decernatur.

Evulgatò librò Interim varia Judicia de eodem observasses. Ex una parte Cæsar canonizabat librum, Moguntinus, non exquisitis ordinum sententiis, publicò nomine, pro eodem gratias egit, Joachimus Septemvir & Palatinus, itemq; alii, metu inducti, subscripserunt. Ex altera parte Pontifex Romanus liberalitatem Cæsar is damnabat prorsus, asserens, Matrimonium sacerdotum & communionem sub utraque specie indulgendi potestatem, nulli competere, præterquam Romano Pontifici. Imò verebantur Pontificii, ne Cæsar is hoc factum esset proœmium tragœdiæ, qualem nuper in Anglia excitarat Henricus. Protestantes verò, exceptis paucis, in neutralitate hac minime acquieverunt, unde Theologi solum vertere coacti sunt, Principes verò gravissimam Cæsar is iram in se concitarrunt, Dei honorem anteponentes propriæ utilitati. Etsi enim Johannes Fredericus à Cæsa re, per Granvellanum, sollicita-

licitatus fuerit , ut subscriberet huic formulæ, factâ etiam libertatis spe , à sententia tamen dimoveri non potuit. Quamobrem cum neutri parti sufficeret hæc formula, brevi tempore admissa est, non sine omni INTERIM vocata, quæ indefiniti quidem ut plurimum tamen brevissimi temporis nota est. *V. Svavis Concil. Trid. Hist. III. p 329. Thuanus l. V.*

Neque felicior fuit Cæsar in morum Ecclesiæ emendatione , cuius formulam à præsulibus, aliisque collectam , publicè proposuerat , quod enim emendatio haec autoritate Cæsaris fieret , Pontificiis exosa erat, juxta pronunciatum illud , loco principii à Romanensibus habitum ; Secularibus, cuius cunque sint dignitatis, ant sanctorum etimonia, fas non est, Clero leges præscriberi in quemcunque, etiam optimum finem.

Dissoluta tandem comitia sunt , promissione de concilio Tridentino redintegrando prius factâ & tentatis frustrâ Electorum animis , annon loco Ferdinandi fratris , filium Cæsaris , Philippum , ut Regem

gem Romanorum agnoscere mallent. De quo negotio in Comitiis proximis, itidem Augustæ celebratis, pluribus disputatum est,

Finitis comitiis, bellum Saxonicum citius, quam concilium, redintegratum est. Civitates enim Saxoniæ penè multæ, decretum Religionis, nuper evulgatum, repudiarunt, & inter has Magdeburgen-  
ses præprimis, qui quod Cæsar is indignationem pristinam nondum eluissent, à Cæsare proscripti sunt, & cura oppugnan-  
di eos, novo Electori Mauritio deman-  
data est, qui post obsessionem quinde-  
cimestrem ferè, urbem, factâ ditione,  
occupavit, postquam promiserant victi,  
multam Cæsari solvendam; Victorex ad-  
verso, Religionis & libertatis jura salva fore  
pollicitus erat.

Cæterum quod bellum Magdebur-  
gense lentum fuerit, ansa Protestantibus  
data est, Cæsar is trophæa amovendi.  
Mauritius enim jam dudum ægrè fere-  
bat, fidem Socero suo, Hasliæ Land-  
gravio, datam, se, ob dissensum Cæsaris,  
solvere non posse; Acceptâ hinc occa-  
sione

sione retinendi conscriptum militem , si-  
ne indignatione Cæsar is , cum Heinrico  
secundo post excessum Francisci , Gallia  
Rege, clanculum fædus iniit, pro LIBER-  
TATE GERMANICA, uti habebat titu-  
lus; ut Sacerum, & alios captivos Principes  
restitueret , & vim religioni illatam amo-  
veret.

Cæsar interea vicissitudinum humana-  
rum parum memor , nihil omnino me-  
tuebat , & de Philippo filio sollicitus , re-  
lictâ Germaniâ , in Belgium contend-  
operam datus , ut Belgæ Philippo filio  
fidem & obsequium jurejurando profite-  
rentur.

Dum in Belgio commorabatur Ca-  
esar , & Belgicæ Provinciæ Philippo fidem  
præstabant , de inquisitione Hispanicâ ad-  
versus infideles olim institui solitâ , jam  
contra Lutheranos quoque , & quosvis  
ab Ecclesia Romana dissentientes , in pro-  
vinciis hisce adhibendâ , consilium iniit.  
Qui violentus conscientiis imperandi cona-  
tus , posteà omnium turbarum in Belgio  
causa fuit.

Quia verò Cæsar, ad componendas in  
Ger.

Germania, de Religione, lites, concilium  
indesinenter à Curia Romana postulabat,  
Julius III. qui anno 1550. Paulo III. suc-  
cesserat, tandem Tridenti illud restituit, e-  
missâ indictionis bullâ, perquām asperis  
verbis constante, & tam Romanenses,  
quam Catholicos offendente. *Savvis Hist.*  
*Conc. Trid. L. III. Onuphrius in Julio III.*

Mauritius verò Saxoniæ Dux, toties à  
Cæsare, ob Saceris uulnerationem, elu-  
sus, ne conatus, libertatem Germanicam vi.  
& armis aliquando afferendi iterum, im-  
maturè Cæsar animadverteret, denuò  
humiliter pro captivo intercessit, & ut Cæ-  
sar's voluntatem per omnia sequi videre-  
tur, simulavit, ac si Theologos suos  
Tridentum mittere, in animo haberet;  
Cujus rei gratiâ Philippum, aliosque è suis,  
jussit ut doctrinæ capita, in concilio post-  
ea exhibenda, conscriberent. Petit de-  
inde à toto concilio salvi conductus in-  
strumentum, quale à Concilio Basileensi  
Bohemis fuerat concessum; Quod postu-  
latum, urserunt etiam Wirtembergenses  
Oratores, & Argentinenses Legati. Sed  
frustrâ; Cùm Pontificii, non obstan-  
te

te Cæsar's indignatione, hæc omnia Protestantibus denegarent. Interea Mauritius Elector, Albertus Brandenburgicus, & Duces Megapolitani, duræ servitus pertæsi, Annō 1552. contra Cæsarem movent, cujus regiones jam dum vastabat Gallus. Dux ipse Mauritius per seculam Cæsari bellum denunciat, & simul infest Augustam civitatem post quatriduanam obfessionem occupat. Post hæc superal Alpium Rhæticarum, captaque Ehrenberga arce, tantum Imperatori metum intit, ut noctu, accensis funeralibus, unâ cum fratre Ferdinando, Oenipontem, ubi belli Parmensis & concilii causâ tunc agebat, relinqueret, & se Villacum versus in Carniolam reciperet. Sed nec Tridentini Patres tunc in tuto esse videbantur, quare in fugam versi, Concilium, Decretum suspensionis recitatō, tunc iterum solutum est.

In Diplomate, seu manifestatione cæsarum belli, annō 1552. ab Electore Mauritio emissō, allegabantur sequentia: (1) Religionem, adversariorum artibus, & contra fidem datam, in Germania con-

welli & labefactari , ex occasione dissidii religionis, stratâ ad insolentem dominatum viâ. Jam exactos liberis civitatibus concionatores , non legitimi concilii expectatô exitu. Augustæ propositam confessionem passim aboleri , & rebellionis obtentô crîmine, vim mentibus & conscientiis inferri. (2) Hassia Landgravium Sacerum suum , cavillatoriâ arte , carceri , jam totos quinque annos, mancipatum , à Mauritio, Palatino & Brandenburgico , filios captivi jure reposcere. (3.) Communem libertatem indies opprimi , externô milite , contra Imperii leges , in Germaniam inductô , & novis subinde emulgentiae pecuniæ commentis propositis , nullius ordinis aut principis , ac ne ipsorum quidem Septemvirorum rationem haberi. Tandem Europæ totius Monarchiam , Carolum meditari &c. Eadem ferè objiciebantur Cæsari ab Alberto Marchione Brandenburgico , & Henrico II. Galliæ Rege.

Cæsar de fuga sollicitus , antequam Oeniponte discederet , Johannem Fridericum Saxonem è custodia quinquenna-

V li di-

li dimittere quidem voluit, præceptâ hac hosti gloriâ, quod existimationis suæ interesse arbitraretur, ne coactus potius, quam sponte captivum dimisisse videtur. E contrario Elector captivus, Germaniz principibus potius, quam Cæsari libertatem suam acceptam ferre voluit, quambobrem dimissus è captitatem, Imperatorem nihilominus secutus est. *Sledan. Thuan. L. X.*

Dum verò hæc in finib[us] Alpium, à scideratis agebantur, diversâ parte Galli Rex, uti convenerat, bellum adversus Cæsarem movit, & Tullum. Metimque nec non alia oppida subitò occupavit.

Eodem igitur anno 1552. die 20. Julii, Pafavii, Ferdinandi Regis interventu, Pax toti Christianismo saluberrima, inita est, dimissô & libertati pristinæ restitutô Hassia Landgraviô, proscriptis in gratiam receptis, & stipulatione mutuò factâ, ne religionis causâ, cuiquam periculum creetur. Eadem verò pacem Galliæ Rex & Albertus Brandenburgicus, quamvis certis conditionibus comprehensi in eadem fuerint, à Mauricio initam esse, ægerrimè tulerunt.

*Mau.*

## CONTINUATIO.

459

Mauritius, pace initâ, cum exercitu in Hungariam descendit, ut Ferdinando adversus Turcam opem ferret, qui ob expugnatam à Cæsarianis Leptim urbem, violatis induciis, Pannoniam invaserat. Sed fessus cladibus Ferdinandus, pacem à Solimanno emercatus est. *Thuanus l. XI.*  
*Lavenclav. Chytr. l. 17.*

Mauritius itaque è Bello Hungarico redux, adversus Albertum Brandenburgensem, qui Tyrannidem exercebat, pace Passaviensi non contentus, copias suas educit, easdemque cum Henrico Brunsuicensi conjungit. Committitur tandem anno 1553. die 9. Julii, juxta Peinam, in agro Luneburgensi, atrocissimum prælium, cùm tanta animorum utrinque concitatio fuerit, ut vix dum instructis ordinibus, confusi, tanquam ad mutuam lanienam, hostes concurrerent. Dux ipse Mauritius, singulos appellando, hinc inde discurrens, globuli iictu in latere dextro, ad ilia, lethaliter vulneratus est. Occisi quoque sunt Carolus Victor & Philippus Henrici Brunsuicensis filii, Fredericus Luneburgicus & XIV. Comites.

V 2

Vi-

Victoria nihilominus à parte Mauritiū stetit. Ipse verò Gloriosissimus victor tertio die post commissum prælium obiit, anno ætatis XXXII. longè vâ vitâ dignissimus Elector, nisi Deo aliter placuisset. Libertatem enim Germaniæ restituit, pacem Religionis confecit, contra Turcas fortiter pugnavit & in ditionibus suis sincerum Delictum, cum variis artium & pietatis officiis, instituit. Fratri mortuo successit Augustus. Albertus verò, restauratō bello, ab Henrico Brunsvicensi & Ferdinandi Rege, post multiplices casus, luens tyrannidis pœnas, tandem omni ditione privatus est & exulatum abiit ad Regem Galliæ.

Eò tempore, quô de ditionibus suis diversis bellis implicabantur Reges & Principes, in Ecclesia quoquelvariae mutationes evenerunt, quorum aliquot hic nominandæ magis, quam recensenda prolixius sunt. *Franciscus Spiera*, Caudiculus quondam in ditione Venetorum à Pontificio Lutheranus, atque ex hoc, legati Pontificii minis territus, Apostata factus, ob immensos conscientiæ suæ crux.

ciatus, horrendas desperationis voces emisit, cibos respuit, ut inediâ sese conficeret, & tandem inter acerrimos corporis atque animæ dolores, anno 1548. infelicem animam emisit, suô exemplô edocens posteros, quanta calamitas sequatur eum, qui Deo nuntium mittit, & Apostasiæ committit crimen. *V. Historia Franc. Spieræ Latinè & Germanicè edita.*

Cæterum, quod Petrus Paulus Vergerius, Episcopus Justinopolitanus, cuius sedulâ operâ Clemens VII. & Paulus III. per Germaniam usi fuerant, frequenter Spieram adierit, consolari eundem studens, propensum in orthodoxiam animum celare amplius non potuit, quare cum Fratre suo Johanne Baptista Vergerio, civitatis Polæ Episcopo, Ecclesiam secus, atque Romanenses hactenus fecerant, informavit. Sed cum hac ratione variii in Italia tumultus excitarentur, tandem Italiam omnem reliquit, & ad vicinos Rhætos pervenit, apud quos in Teline valle aliquandiu Lutheri doctrinam professus, postremò à Christophoro Wurtenbergico Tübingam evocatus, atque

V 3 ibi-

462 AEGID. STRAUCH.

ibidem liberaliter sustentatus est. Thuanus  
l. V.

Ex adverso Phil. Melanchton,

*Georgius Major*, & alii quidam

Theologi Cæsaris potentiam perterriti, adiutoristicum bellum, uti vocant, incepérunt, vanissimam spe inducti, fore, ut Cæsar cum re liquis Pontificiis hâc ratione acquiesceret. Hinc illi flosculi : *HOMO PRAECIPUE JUSTUS ET ACCEPTUS EST CORAM DEO, FIDEI PROPTER MEDIATOREM. BONA OPERA SUNT NECESSARIA AD SALUTEM &c.*

*Acta Synodalia de hac re edita*, Osiander Cent. XVI. l. 2. c. 72.

Cœpit eodem tempore ferè Osiandrici controversia. Nam Andreas Osiander in Academia Regiomontana erroneous quasdam, de arduis fidei articulis, opiniones proponebat, præprimis asserens, hominem justificari essentiali Dei justitiâ, Christum secundum divinam naturam tantum esse nostram justitiam, justitiam esse id, quod nos impellat ad justè agendum &c. Videatur Wigandi Osiandrismus, & Andrea filius Lucas Osiander Centur. XVI. l. 3. c. I.

Ia

## CONTINUATIO.

463

In alio errore , quoad fundamentum suum, Osiandrico adverso, fuit *Franciscus Stancarus Italus*, è *Mantua oriundus*, hic desertò Romanensium cœtu , in Germaniam, cum uxore & liberis, migravit, & cum in Prussia offenderet Osiandum, justificationem ad solam divinam Christi naturam pertinere contendentem, in aliam erroneam æquè opinionem prolapsus est , cum Sententiarum Magistro, vulgo sic dicto , Petro Lambardo nempe, afferens ; Christum esse mediatore in tantum secundum humanam naturam. Et cum monereetur à secus sentientibus de errore, omnes Antagonistas suos contumeliosè contempsit, usus inter alia his verbis : *Plus valet unus Petrus Lombardus, quam centum Lutheri, ducenti Melanchtones, trecenti Bulingeri, quadringenti Petri Martyres & quingenti Calvini*, qui omnes si in mortario contunderentur, non exprimeretur una uncia veræ Theologiae. Tandem è Prussia pulsus, in Poloniā venit. Videatur *Stancari Scriptum contra Tybingenses*, & ex adversariis ejusdem *Bellarminus*, qui *l. V. de Christ. c. 2. contra*

V 4 tra

*tra Stancarum disputat, quasi verò Scholasticī Doctores aliter sentirent.*

At præ omnibus reliquis hæreticis, eo tempore ortis, Christianismo nocuit *Michael Servetus Hispanus*, qui ab anno 1531. usque ad annum 1553. Arii blasphemia & olim damnata dogmata interpolavit, Saracenicæ linguæ ob id studiosus, quo Alcoranum, linguâ istâ conscriptum, legere & intelligere posset. Fecit Antinunitarius hic discipulos multos, *Valentim Gentilem*, *Johannem Alciatum*, *Georgium Blandratam*, *Bernhardinum Ochinum* &c. Tandem Genevæ, accusatus à Calvinio, cum resipiscere nollet, sed nec in carcere a tetrīs in Deum blasphemīis & horrendis convitiis in ministros Ecclesiæ abstineret, anno 1553. d. 17. Octobr. combustus est. *Calvinum in eo*, quod accusarit Servetum & suppliciō afficcurari, reclè fecisse, p' aliis Beza probare conatus est.

Inter ipsos Serveti discipulos eminuit *Lælius Socinus Senensis*, qui pestilentissimas hæretici istius opiniones, suas per omnia fecit, & Calvinum, ob accusatum Ser-

Servetum, crudelitatis & impietatis accusavit, A quo hæreditariô jure quasi, unâ cum libris & supellecstile, contagiosum morbum accepit Faustus Socinus, Alexandri, fratri Lælii, filius. Ab his deinceps hæretici hi Sociniani vocati sunt. Videatur Johannis Cloppenburgii Socinianismus.

Uti verò per alias hæreses fides ortho-doxa oppugnata, ita in Anglia per Pon-tificios fere expugnata est. Eduardus enim ejus nominis VI. Angliæ Rex, Pon-tificiæ religionis hostis acerrimus, diu regno non præfuit, sublatus astu (uti non-nulli putant,) Johannis Dudlæji, Ducis Nortumbriæ. Hic quia certus erat, Re-gem paulò póst moriturum esse, de ex-cludendis à regia successione Edvardi so-roribus, cogitavit, eò, quod ambæ, Maria & Elisabetha ob natalium vi-tia (altera enim ex illegitimo matrimo-nio, altera è matre impudica, nata dice-batur) succedere vix possent, & ab utraque metuendum esset, ne religionem ortho-doxam impugnarent. Permovit itaque Regis animum Dudlejus, ut testamentum

V 5 fece-

fecerit, quô, ab hæreditate exclusis duabus  
fororibus suis, Johannam Suffolciam,  
natam è regio Stemmata, & uxorem Filii  
Dudleji hæredem instituit. Enimvero Jo-  
hanna in ea dignitate diu non permanxit,  
Mariâ Catharinæ filiâ, ad regium solium  
evectâ. Atque eadem Johannam Suffol-  
ciam, Dudlejum & multos alios, qui di-  
vortium Patris approbaverant, interfici-  
jussit. Episcopi verò & Doctores Pon-  
tificii, expulsis secus sentientibus, resti-  
tuti sunt. Accidit Anglicana hæc ca-  
tastrophe anno Christi 1553. Gravissima  
tunc in Anglia persecutio orta est, præ-  
primis ob id, quod Romanensium partes  
nuptiis Philippi, Hispaniarum Regis hæ-  
reditarii, & Mariæ hujus ingens augmen-  
tum sumerent. Ita accidit, ut modicō  
temporis spaciō, multa hominum millia  
perierint. Frustrà enim Pontificij hanc  
felicitatem perpetuam fore confide-  
rant, quod conjugium Philippi & Ma-  
riæ sterile fuerit, & Elisabetha, Ann. 1558.  
Sorori succedens, Religionem Pontifi-  
ciam per integrum regnum iterum abro-  
garit. *V. Thuanus l.XII. qui etiam allegat*

*histo-*

*historiam de Henrico Gatto, proxima, quam  
ad mortem à Regina damnatus est, nocte, re-  
pentè incanescente.*

Cæsar interea, utut bellum adversus Gallum magnō conatu restaurarit, ab eo tamen tempore, quō Protestantium Duces, Religionis Defensores, in dura captivitate detinuit, & conscientiis inferre vim voluit, vix prosperè quicquam gessit. Germaniæ munitissima claustra, Metim in Mediomatricibus, Tullum in Leuedis, ac Virodunum in Sclabis, Gallus occupavit, & adhuc hodiè oppida hæc retinet. Ad hæc initō cum Turcis fœdere, Corsicanam Insulam ferrō ac rapinis exhausit. Metim, exercitu centum hominum milium ad urbem admotō, frustrà iterum tentavit Cæsar, desideratis in ea obsidione non paucioribus quadraginta suorum millibus. In Italia quoque cruentō & infelici bellō Parmam & Mirandulam exagittavit, Senam civitatem amisit, quæ ob extructam à Cæsarianis in urbe sua arcem, defecerat ad hostes. Sed hanc Cosmum Florentinus anno 1555. expugnavit & ducatui suo, permittente Cæfare, ad-

V 6 junxit

junxit. Rationes, ob quas Galli civitates Imperii, quas anteà nominavimus, retinuerint, recenset Thuanus L. XI.

Quare cum videret Cæsar omnium rerum esse vicissitudines, & metueret adversam magis fortunam, ingravescente etiam indies valetudine, res suas unā senescere videret, invitatus exemplis Diocletiani, Anastasi II. Theodosii III. & Lotharii Ludovici Pii filii, Imperio se abdicavit, & ut mortis beneficium anteverteret, regna hæreditaria in Philippum filium, Imperii verò summam in Ferdinandum fratrem transtulit, retentis, ex immensis opibus, centum aureorum milibus tantum. Itaque anno 1556. ad Divi Justi Hieronymianum cœnobium, in Lusitaniæ, Castellæque finibus, haud procul à Placentia situm, delectam jam diu sedem, se contulit. Hoc Mausoleum fuit, cui invictissimus olim Cæsar, qui Pontificem Maximum, Regem Galliæ potentissimum, Electorem Saxoniarum magnatum, Duces aliquot Serenissimos, captivos detinuit, captivum quasi seipsum inclusit. Ubi lirtus Hispanicum attigit,

(id)

## CONTINUATIO.

469

(id Carolini annotarunt scriptores) in terram prostratus, osculum eidem fixit, & Salve, inquit, mihi optatissima mater, nudus ex utero matris exivi, nudus ad te, tanquam alteram matrem redeo; & quod unum possum, protam multis in me meritis, corpusculum hoc & ossa mea, do dedicoq<sup>z</sup>. Famianus Stra-  
dade Bello Belg. l.l. Thuan. l.cit..

Monaesticam verò vitam ita transegit Carolus, ut retentis apud se XII. ministris & unicō equō, jam colles obequitarit, modò areolas in horto diviserit, nunc fabri-  
candis horologiis operam dederit, Janel-  
lō Turrianō Præceptore, mirò harum re-  
rum artifice usus. Fecerunt ambo ferreas  
molas, per se versatiles, tantæ subtilitatis,  
parvitatisque, ut manicā occultatas, Mo-  
nachus facile tulerit, cùm tamen quotidiè  
molerent tantum tritici, quantum homi-  
nibus octo in singulos dies alendis, suffi-  
ceret. His itaque & similibus exercitiis,  
tempus fallebat Eremita, qui nuper Impe-  
rator fuerat.

Potissimum tamen curam animæ im-  
pendit suæ, quæ etiam felicissimè cessit.

V 7 Sum-

Summa enim Dei in Carolum benignitas fuit, quod orthodoxum ministrum Constantium vocatum, eidem concesserit, à quo ad finem vitæ usque sedulò informatus & edoctus est, justitiam coram Deo valentem, non esse aliam, quam Servitoris nostri Jesu Christi, verâ fide à nobis apprehendendam. Hac informatione, lectione item Scriptorum Bernhardi, omnia merito Christi tribuentis, confirmatus & in tentationibus gravissimis, de indignitate sua & multiplici per universam vitam lapsu, erratus est.

Cum ad lentam Caroli tabem, acuta febris tandem accessisset, ut ab omni meritorum & operum priorum fiducia avocare mentem, & in unicum Redemptorem Iesum Christum eandem se dirigere ostenderet, Imaginem Christi crucifixi, per aliquot dies, oculis, ulnis & ore complexus, in eo uno & solo se omnem salutis suæ fiduciam collocare declaravit, & sumptâ denuò Eucharistiâ, in manus, inquit, dulcissime Servator, ego in te maneo. Inter has voces animam Deo reddidit Imperator anno 1558. die 21. Septembr. Atque ita biennii spatiū

*CONTINUATIO.*

47<sup>t</sup>

tium ferè, quod inter vitæ ejus publicæ negotia & mortis diem intercessit, optimè collocavit. Constantinus verò, qui morienti adstitit, paulò pòst, jussu Philippi Regis, cum tota familia, Hispali in foro, vivus exustus & martyriō coronatus est. *Chytr. Saxon. lib. XIX. & XX.*

Observatum à plerisque Scriptoribus est, fortunam Caroli fregisse loca à litera M. incipientia, unde sequentes versiculi circumferuntur:

*Ni Metz, ni Mauritz, ni Mauritaniani  
Magd.*

*Ni Mors, quid multis? fueram per omnia felix.*

Ante verterat Cæsaris mortem Johannes Fridericus Saxoniæ Elector, qui post redditum è captivitate fatis concessit, eodem ferè tempore, quô uxor Ejusdem, Sybylla Clivensis, mortua est. Epitaphium sequens optimi Principis sepulchro inscriptum legitur: **JOHANNES FRIDERICUS DEI GRATIA ELECTUS MARTYR JESU CHRISTI, DUX AFFLCTORUM, PRINCEPS CONFESSORUM FIDEI, COMES VERITATIS, SI-**

**CNI-**

GNIFER SANCTÆ CRUCIS, EXEMPLUM PATIENTIÆ ET CONSTANTIÆ, HÆRES VITÆ  
 ÆTERNÆ, MORITUR MENSE MARTIO, an.  
 1554. Hæredes habuit duos filios, Johannem Fridericum II. & Johannem Guiliel-  
 mum, qui inter se convenerunt, ut ditiones, post bellum Germanicum sibi residuas, per  
 decennium unus post alterum gubernaret. Ante omnia etiam fœdus hæreditarium,  
 cum Augusto Electore Saxoniz, Jo-  
 chimo II. Electore Brandenburgico &  
 Philippo Hassiz Landgravio renovarunt,  
 & in amicitia Symbolum Johanni Frideri-  
 co II. Agnes Hassiaca, Mauritii Electoris  
 vidua, data est conjunx, quæ statim, post  
 sex mensium cohabitationem fatis conce-  
 sit. Jenensem Academiam, piâ & religiosa  
 Parentis curâ, occasione libri *Interim*, ante  
 decennium institutam, anno demum 1558.  
 solenni ritu & pompâ introduxerunt. *Vid.*  
*Joh. Strig. carmen & Epist. de inauguratione*  
*hac ad Marium Siculum.*

Ut redeamus ad Imperii Universi ne-  
 gotia, anno 1555. denuò Augustæ, augu-  
 stissima comitia indicta & habita sunt,  
 atque in iisdem Carolus morbo impedi-  
 tus

rus, & quod alias abdicationem Imperii meditaretur, per Ferdinandum Regem animum suum pacis & tranquillitatis studiosum esse declaravit, auxilia item adverlus Turcarum conatum vehementer petiit, eademque, ut impetraret mature, Transactionem Passavensem confirmavit. Quare post varias deliberationes, tandem decretum promulgatur, cuius hæc præcipua capita; ut libera permittatur quibuscumque Augustanæ Confessionis professio, neminiisque propterea vis fiat, simulque bonis, vestigibus, facultatibus ac possessionibus pacatè uti frui liceat Protestantibus. Religionis dissidium non aliis, quam amicis rationibus componatur. Vicissim Confessionis Augustanæ socii erga Romanenses, se moderatè gerant, Religionem non impedian & possessiones eorundem pacatas relinquant &c. Qui non sint alterutrius religionis vel Lutheranæ, vel Pontificiæ, hoc decretō non comprehendantur. *Vide Reichs-Abschie-*  
*de.*

Pace in Germania stabilitâ, Italia, Gallia & aliæ regiones bello ardebant, cui

Pa-

Papa ipsemēt implicabatur. Nam post Iulii mortem Marcellus II. electus quidem est, sed vigesimō secundō Pontificatus dī ex hac vita migravit. Successit itaque anno 1555. Paulus IV. novi ordinis Clericorum Regularium autor, qui quod Neapolitanus, & Cælarianis diu offensus esset, regnum Neapolitanum avidè affectans, Philippo Regi Hispaniæ bellum intulit, opusus Johannis Carafæ fratris filii, quem Ecclesiastici Exercitus imperatorem crevit. Dum verò à Gallo auxilia petiit Pontifex, & per Guisium impetravit, quinquenales induciæ illæ, quas Reges modò inierant, denuò ruptæ sunt. *Onuphrius in villa Pauli. IV.*

Bellō itaq; restauratō, ex una parte Pontifex & Henricus II. Galliæ Rex, ex altera verò Philippus Hispanus, Anglicanæ copiæ, Emanuel Philibertus Sabaudus, Henricus Brunsuicensis &c. serìo rem egerunt atque in Italia quidem Ecclesiasticæ ditiones ferè omnes, per Ferdinandū Toletanū, qui tum pro Rege Philippo, regnum Neapolitanum obtinebat, vastatæ sunt. Quod Pontifex ægrè ferens, & eō se bellō parum pro-

proficere animadvertisens, tandem pacem cum Philippo iniit & neutri parti se se in posterum addicere velle, promisit.

Multum permovit pacis studium Philippi, ad Sanctum Quintinum, de Gallis victoria, anno 1557. quâ omnis ferè Gallicæ nobilitas cecidit. Interturbavit tamen Hispani lætitiam subsecuta Galliæ Regis de Anglis victoria. Captô enim summâ celeritate Caletô, (quem portum Galliæ portam appellare consueverant Angliæ Reges, quô quamdiu potirentur, tamdiu gesta se se à cingulo claves Galliæ dictabant,) quicquid Gallis erectum, ducentos per annos, Angli obtinuerant, in continenti ora, paucorum dierum spatiô, Galliæ regno restituere coacti sunt. *Thuanus l. XXI. Stratal. I.*

Alternas itaque belli vices experti Reges, Cameraci pacem iniverunt, quæ opera Christiernæ Lotharingicæ confecta est, Gallis quidem probrofa semper visa, quod à Rege ducentæ civitates ferè Hispano & Sociis restituendæ fuerint. Cæterum ut foedera firmiora manerent, Philippo

lippo post mortem Mariæ Anglicanæ vi-  
duo, Elisabetha undecennis, Henrici  
Regis filia, desponsata est, & Sabaudus E-  
manuel Philibertus Henrici sororem,  
Margaritam uxorem accepit, unâ cum ali-  
ibus, quibus illum Franciscus I. & Hen-  
ricus ipse multaverant. At nuptiarum  
hilaria nunquam Gallia peregit fune-  
stiori catastrophe. Inter reliquas enim  
voluptates, equestris decursio indicia  
est, quam Hastiludium vocant, & ad  
hunc ludum totius Europæ hastas Galli  
provocaverat. Rex ipse unō alteroque  
die decurrerat, palmaris semper laude,  
dum verò repetitō tertium campō cum  
Prætorianæ cohortis Præfecto Gabriele,  
Comite Mongomerio, galeā præpro-  
pere non satis occlusā, congregitur,  
ab adversæ hastæ fragmento, apertam  
bucculam irrumpente, transfoſſō dextō  
oculō, ictoque inde cerebrō, inspectan-  
tibus Reginis, Regiisque liberis, illico  
exanimatus, & quinto pōst die mortuus  
est, annō 1559. Atq; ita ante oculos infini-  
tæ multitudinis, quam ipse ad funus vide-  
licet suum ambitiosè convocaverat, ad

viv  
hui  
just  
Re  
bus  
cess  
Juv  
gio  
nat  
tru  
ran  
tifi  
lisa  
Bo  
run  
Bol  
ritu  
ad  
ptri  
Pri  
Hu  
nen  
à su  
bus,

vivum egit , extra scenam & fabulam,  
humanæ tragœdiam felicitatis. Fuere, qui  
justo Dei judicio id factum putarunt, quod  
Rex ejus generis tormentis perierit, quali-  
bus Lutheranos affecerat. Regi mortuo suc-  
cessit Franciscus II. quindecim annorum  
Juvenis. Mongomerius verò, quod Reli-  
gionem Pontificiam deseruisset, & Regi-  
nam iratam haberet, anno 1574. capite  
truncatus est. *Vid. Thuanus LXXII. Mete-  
ranus l.l. Strada l.l.*

In Anglia eodem tempore Religio Pon-  
ticia denuò abrogata est, sub auspiciis E-  
lisabethæ, Mariæ defunctæ sororis, & Annæ  
Boleniæ filiæ.

In Germania an. 1558. communi Electo-  
rum consiliō, Ferdinandus Hungariæ &  
Bohemiarum Rex, Imperii diadema solenni-  
ritu accepit ; Transmiserat enim Carolus  
ad Francofurtenſia comitia coronam, sce-  
ptrumque , per Guilielmum Orangii  
Principem , inter legatos primarium.  
Hunc ferunt initio detrectasse legatio-  
nem hanc, dixisseque Cæſari ; Meliora sibi  
à superis optanda, quam ut Imperii insigni-  
bus, è Domini sui capite deponendis, atq; ad  
alium

478 AEGID. STRAUCH.

alium deportandis, ministerium ipse suum  
adhiberet.

Cæterum Ferdinandus Imperator factus,  
Pacem Religionis servaturum se, sancte  
promisit, quod pacifico instituto gravem Po-  
tificis indignationem promeritus est. Gus-  
mannum enim, Cæsaris ad Pontificem Paulum  
IV. Legatum, & novæ dignitatis nuntium,  
indignè tractavit Papa, quod eidē cū domo  
Austriaca nō cōveniret, inter alia respōdens

*Acta Francofurti nullius esse  
momenti, ob defectum autoritatis  
Pontificiae, quæ non inter-  
venerit. Huic claves cœlestis  
acterreni Imperii concreditas  
esse, sine quibus nec Carolus le-  
gitime Imperio solutus, nec Fer-  
dinandus recte in Imperio suc-  
cessisse, dici queat. Rem omnem  
denovo inchoandam ex Pon-  
ficiis arbitrio committendā esse.*  
Atque

Atque in hac sententia morosus senex per-  
mansit, ad finem vitæ usque Ferdinandi Lega-  
tos, pro Cæsarianis agnoscere, recusans.

Thuanus L. XXII.

Sed & alia insolenter egit Paulus, inqui-  
sitionis acerrimus propugnator, qui au-  
ctor olim fuerat, ut inquisitionis tribunal  
Romæ institueretur, exofus hoc nomi-  
ne jam dudum. Unde *Onuphrius* ipse refert,

*Paulum IV. Pontificem coro-  
natum esse, magna & univer-  
sali hominum, qui ejus seve-  
ritatem timebant, mæstitudinem.*

Ab eodem *Index Librorum Prohibitorum*  
publicatus est, à successoribus deinceps  
auctus. Diu verò tyrannis non duravit, eo-  
dem Pontifice anno 1559. Pontificatus  
quartô, decadente è vivis. Dum animam  
agebat Paulus, apertæ sunt statim, vete-  
re institutô, omnes urbis custodix, & à  
populo, qui tyrannidis pertæsus erat,  
cum Tabulariis, incensus est Carcer no-  
vus inquisitionis, iis, qui eō tenebantur,  
emissis. Alia etiam in contumeliam Pon-  
tificis perpetrabant Romani. Successit ei-

dem

dem Pius IV. qui Imperatoriam dignitatem , à Cæsare in Ferdinandum fratrem translatam, ratam habuit, & ejus, tanquam legitimi Imperatoris, Legatos honorifice excepit, concilium Tridentinum restauravit , & ad finem perductum, confirmavit Bullâ de hac re editâ, anno 1564. VII. Kal. Februari. *Petrus Svac. l. III. Onuphrius in vita Pii IV.*

Circa hæc tempora , anno nempe 1539 & sequentibus, Livoni à Mosco vexatis, ad Imperio verò deserti, tandem Sigismundo Poloniæ, Revalienses verò Erico Suecæ Regibus se dederunt, cum ordo Livonicus CCCLVIII. annis perdurasset. Dithmarsi quoque, gens olim libera , à Friderico II. Daniæ Rege, & Adolfo Holsato, devicti & subacti sunt.

Interea Franciscus II. Galliarum Rex cœptam à patre persecutionem adversus Romanensium antagonistas , dum continuabat, & Annam Burgum , nobilissimum virum ac Senatorem Parisiensem, cum multis aliis neci dabat , XVII. annos natus , Annô 1560. mortuus est, utrum inter bonos malosve principes numerari

de-

deberet, ob Imperii brevitatem & ætatem  
infirmorem in incerto relinquens, eoque  
magis, quod non suô, sed Guisanorum  
ingenio regeretur. Fratri mortuo Carolus  
IX. successit. *Thuanus l. XXVI.*

Ortum est eô tempore *Hugonotorum*  
nomen, Cæsaroduni Turonum primo  
natum, quô vocabantur, qui Reforma-  
tæ religioni erant dediti. Appellationis  
origo, uti vulgò tradunt, hæc ferè fuit:  
Singulæ urbes apud Gallos peculiaria no-  
mina habent, quibus lemures, manducos  
& cætera hujusmodi monstra inania, ani-  
libus fabulis, ad incutiendum infanti-  
bus ac simplicibus fœminis terrorem,  
vulgò indigitant. Cæsaroduni ergò Hu-  
go celebrabatur, quem noctu pomœ-  
ria urbis obequitantem, inque obvios  
euntem, pulsantemque, commemora-  
bant, quem item ad terrendos infan-  
tes solebant nominare. Cum itaque Re-  
formati, quorum complures tunc Cæ-  
saroduni erant, circa eadem pomœria no-  
cturnos cœtus agerent, (Nam interdiu  
id non licebat, factum est, ut tanquam

nocturni lemures, digitô monstrarentur  
pueris, atque ab Hugone Hugonoti, ridi-  
culô simul & odiosô nomine, vocarentur.  
*Thuanus l. XXIV. Strad. l. III.*

Utut autem adversuseosdem Hugo-  
notos gravissimæ persecutioes in Gallia  
instituerentur, opprimi tamen omnino  
non potuerunt, quin potius Regii San-  
guinis principes, Borbonii & Condæi,  
eorum partes secuti sunt, quibus cum se  
opponeret Gvifiorum factio, maxima in  
Galliis bella, quæ religionis titulô ve-  
bantur, reverâ autem obtainendæ summe  
autoritatis causâ gerebantur, osta sunt  
*Thuanus.*

Dum hæc agebantur in Galliis, belli  
in Belgio deinceps gesti, semina spargi  
cœperunt. Philippus enim Rex in Hi-  
spaniam abierat, ut bellum Africanum pro-  
moyeret, & certum domicilium figeret.  
E naufragio verò (in quo ingentis preti  
supellecilem amiserat, ut vulgò dice-  
rent, ipsum & Carolum patrem, exuvii  
ferè totum terrarum orbem spoliasse, ut in-  
dē Oceanum ditarent) vix ipse salvatus,  
votum fecit, de Luthcranis extinguendis,

quo-

quorum multos crudeli suppliciō affecit.  
Sed neque hoc satis erat ; Commiserat e-  
nim Belgicum Imperium Rex abiturus So-  
rori nothæ, Margarethæ Parmensi, eidem-  
que consiliarium dederat Antonium Pere-  
nottum Granvillanum, Pontificiæ Religio-  
nis acerrimum defensorem, & ideo paulò  
post Cardinalem factum. Hic contemptis  
Belgii Principibus, Hispanorum favorem  
unicè anhelabat. Accedebat ad hæc, no-  
vorum in Belgio Episcopatum institutio,  
auctoritate Pontificis Romani & Philippi  
facta. Nam quod iidem ex Abbatiarum  
proventibus sustentandi esset, & vulgus  
insuper, Episcopalis censuræ titulō, Belgis  
obtrudi carnificinam & tormenta Hispani-  
cæ inquisitionis, sibi non ex vano persuade-  
ret, omnia in deterius vergere coeperunt.  
*Meteranus lib. I. Famian. Strada, l. I.*

Intercà anno 1564. Ferdinandus I. re-  
bus humanis erexit, cum Imperio  
per sex annos præfuisset, atque eidem  
filius Maximilianus II. successit, tum in  
regnis Hungariæ & Bohemiæ, tum in Im-  
perio. De Hungariæ quidem regno ei-

X 2 dem

dem litem intendit Johannes Sigismundus Transylvan⁹, Solimanni fatus patrocinio, sed quod Solimannus in frustranea insula Melitæ oppugnatione occupatus esset, Transylvano opem in tempore ferre non potuit; Johannes igitur à Maximiliani compiis in ordinem redactus est.

Sub hoc Imperatore variæ & penè multæ mutationes in Republica pariter atque Ecclesia acciderunt. Recruduit bellum Saxonum, ideo quod Johannes Fridericus II. Guilielmum Grunbachium & Christianum Brück, ab Imperio proscriptos, apud se detineret, quare ipsemet Dux quoque proscribitur, & ab Augusto Electore, jussu Statuum Imperii, arx Grimmenstein, in quam proscripti se receperant, unà cum oppido Gotha, obsidetur, & anno 1567. expugnatur. Grumbachius & Brück vivi in quatuor partes sunt dissecti, Johannes Fridericus autem in Austria abductus est, nec ad suos unquam rediit. Chytr.

Sed & aliorum Regum ac Principum, circa hæc tempora, funestus fuit exitus.  
Ma-

Maria enim Scotiæ regina , nefandô fa-  
cinore , Henricum Stuartum consobri-  
num suum , cui post Franciscum II. Galliæ  
Regem nupserat , per insidias annô 1566.  
occidit , quæ tamen , post viginti annos  
demum , parricidii pœnas dedit , dum in  
Anglia securi percussa est , & successorem  
habuit Jacobum.

In Svecia quoque motus ingentes fuere.  
Ericus enim Sueciæ Rex , qui Gustavo suc-  
cesserat , non tantum vicinorum omnium  
odia in se concitavit , sed suorum irrita-  
vit animos , quando Joannem Fratrem ,  
Finlandiæ Ducem , quem putabat fœdus  
contra se , cum Polono Sororio , iniisse ,  
in custodiam dedit , & plerosque ipsius fa-  
miliares supplicio affecit. Post quinquen-  
nium verò Ericus ipse , fortunâ vices al-  
ternante , ob multa vitia populo exosus ,  
regnô exutus & careeri perpetuo mancipa-  
tus est , quod accidit annô 1568. Successo-  
rem habuit fratrem suum Johannem. Thu-  
anus .

In Gallia haud minor accidit mutatio.  
Pace enim Religionis , quam Carolus  
IX. sanxerat , hac lege : *Nobiles in sedi-*

bus suis, arcibusq; , populus in templis sub-  
urbanis, sacra libere in posterum peragunt,  
à Guisiis turbatâ, ad bellum perventum est,  
& alter quidem Dux Gvisius tormenti glo-  
bô trajectus, alter Ludovicus Condæus ca-  
ptus, & contra fidem occisus est.

In Belgio autem omnium vehementissi-  
mè armis agi cœpit: Philippus enim Rex,  
sanctam Ligam, quam vocarunt, cum Gallo  
Bajonæ iniit, de Religione Catholica, per  
omnes ditiones suas, afferenda. Hinc in  
Belgio Leges sequentes promulgatæ sunt:  
1. Edicta Caroli V. contra receptæ religionis  
Romanæ hostes, observantor. 2. Quæsti-  
ores fidei admittuntur; & si opus, brachio  
seculari juvantur. 3. Concilium Triden-  
tinum omnes recipiunto, ejusq; autoritatem  
in omnibus sequuntur. Hoc editio ex-  
cerbati Belgarum animi, clandestinas con-  
jurations instituunt, libellum supplicem  
Margaritæ Parmensi offerunt, & Legatos in  
Hispaniam mittunt.

His pacificis mediis cùm nil efficere-  
tur, & Ferdinandus Toletanus Alba  
Dux

Dux, cum ingentibus militum copiis in  
Belgium missus, Concilium Sanguinis in-  
staueret, Comites item Egmontium & Hor-  
nanum caperet, paulò post trucidandos,  
denique proceres Belgas ad Duo decimviri-  
le illud concilium vocaret, ut regii Procu-  
ratoris accusationes, expostulationesque  
audirent, seque ab objectis criminibus ex-  
plicarent, palam ad arma ventum est, & bel-  
lum illud diuturnum incepit, quod didice-  
runt Reges potentissimi, reverentiam &  
obsequium non violentia obtineri semper,  
sed clementiam sèpè adhiberi tutius; ho-  
stem item, quamvis viribus inferiorem,  
contemptim habendum non esse; Qui e-  
nim à Carolo Comite Barlaumontio, in ser-  
mone ad Gubernatricem, Gheusii, Gallicâ  
voce, seu mendici vocati sunt, nullâ armo-  
rum vi opprimi posteà potuerunt. Strad.  
l.7. Meteranus.

Accidit post Albani ex Hispania disces-  
sum, memorabilis illa Caroli, Regis filii,  
captivitas & cædes. Philippus enim pa-  
rens Carolum hunc, viginti duos annos  
natum, jāmjam discessurum, noctu oc-

X 4 cupa-

cupavit & custodiæ inclusit, in qua post sex menses, cùm nullis, aut Europæorum principum legationibus, aut Hispanorum precibus placaretur immotus pater, extinctus est. Quò mortis genere interierit, aquè, ac qua de causa, in propria viscera sacerdoti Rex, incertum est. Alii tradunt ex morbo, ob alimenta, partim obstinatè recusata, partim intemperanter ingesta, nimirum amque nivium refrigerationem, super animi agritudinem, eum mortuum esse. Alii vim adfuisse putant. Sic de causa captivitatis diversi diversimodè sentiunt, aliis opinantibus Carolum Parrum insidias struxisse, quò Ovidianum illud applicatum est, mortis annum exprimens:

FILIVS ante DleM patrIos InqVrlt in annos.

Aliis, quod ostendisset sibi displicere crudelitatem, quam Albanus in Belgio exercerat; Aliis, quod Religioni Pontificia nuntium mittere, in animo habuerit, quam causam Rex ipse allegare visus est, quando Pontificis nuncium edocuit, quod Religionis, populorumve conservationem, sanguini suo prahabere voluerit, coactumque propriet-

CONTINUATIO.

489

propterea se, filium sibi unicum eâ ratione  
propemodum sacrificare. V. Meteran. l. 3.  
Strad. l. VII.

Utiverò Pontifícia Religio in Hispania, Gallia & Belgio vi & armis propugnabatur, ita orthodoxa doctrina in Germania vires indies sumsit. Henrico enim Brunsvicensium Duci, acerrimo Lutheranorum hosti, anno 1568. successit Iulius, qui statim Ecclesias emendavit & paulò post annum nempe 1576. Helmstadiensem Academiam, à nomine suo Julianam dictam, introduxit, Davidis Chyträi, Martini Chemnitii & Timothei Kirchneri operā in hoc negotio usus. Chytr. Saxon. l. XXIII.

Post colloquium Maulbrunnense (anno 1564.) inter Lutheranos & Calvinianos, Altenburgense anno 1568. haberi cœpit inter Wittenbergenses & Lipsienses Theologos, de Syncretismo cum Calvinianis & Pontificiis suspectos, ex una, & Jenenses ex altera parte, cuius Acta publicè edita sunt.

Intercà Maximilianus Imperator, virute Svendii usus, Selymum & Transyl-

X 5

yanum

vanum adegit, ut pacem petierint, anno  
1568. hac lege initam, ut unusquisque quæ  
occupaverat retineret, magnō Maximiliani  
commodō. Munitæ quoque tunc temporis  
Ungariæ arces & civitates sunt, quæ diti-  
nibus Turcæ erant conterminæ Grenz-  
häuser/vulgò vocant.)

Idem Augustissimus Imperator non  
parum suam firmavit potentiam, dum [ann.  
no 1570.] duas filias suas potentissimis Re-  
gibus nuptum dedit, alteram quidem, An-  
nam nempe, Philippo Hispanorum Regi,  
post Isabellæ Gallicanæ obitum, viduo, E-  
lisabetham verò, Carolo Regi Galliæ.

Sed nec Selymus Turcarum Imperator  
fines regnum suorum ampliare desi-  
tit, ruptō enim fœdere, cum Venetis an-  
tè initō, Cyprum postulavit, & Nicosiam  
atque Famagustam, olim Salamin  
dictam, cruentâ obsidione occupavit.  
[An. 1571.] A quo tempore Cypri regnum  
Turcico imperio subiectum permanit,  
quamvis Turcarum Imperator paulò post  
ingenti clade in sinu Corinthio afficer-  
tur. Pax tandem, post varias clades, in-

ter

## CONTINUATIO.

491

ter Turcas & Venetos initur, anno 1574.  
invitis licet Hispano & Pontifice, qui au-  
xilia non satis ex fide Venetis miserant, &  
Hispani simul è tota Africa ejiciuntur.

In Italia eò tempore Pius V. anno 1572.  
qui Pio IV. anno 1556. successerat, mortuus  
est, de quo sequentes circumferuntur versi-  
culi:

Papa Pius Quintus moritur; Res mira,  
tot inter

Pontifices tantum Quinqu, fuisse pios.

Successit Gregorius XIII. qui posteà,  
anno nempe 1582. Calendarium novum,  
à se Gregorianum vocatum, ope Lilio-  
rum confectum, edidit. De hoc Calenda-  
rio eruditum libellum scripsit Sethus Cal-  
visius, quem refutare conatus est Guldinus.  
Præterea oppugnarunt ejus structuram  
Franc. Viega, Scaliger, Mastlinus, Cruge-  
rus &c. Ipsem et C. Lavias in Defens. An-  
tonii Possevini, si Calendarium, inquit,  
Gregorianum denuò oppugnare vis atque  
everttere, demonstrandum ibi erit, in eo  
alios errores, præter QVATVOR, re-  
periri. Sed Johannes Baptista Ricciolus,  
in prefatione Almagisti, Calendarium hoc

X 6 — per

per omnia approbare videtur, refert item,  
quâ ratione miraculis confirmatum si  
Neapoli, coram Januarii Martyris capite,  
item per arbusculam in Suevia, nocte, D.  
XXV. Decembr. antecedente &c. Vide, si  
placet, Computisticam nostram, & Antonii  
Cicarellæ librum, de Vita Pontificum Ro-  
manorum.

Annus 1572. præ reliquis ob nuptias  
Parisienses famosus est. Siquidem Caro-  
lus IX. Galliæ Rex, à Regina matre, ut  
tantam crudelitatem perageret, anima-  
tus, ad nuptias Margaretæ Valesiæ, sororis  
sux, & Henrici Borbonii Regis Navarra,   
invitaverat plerosque Reformatæ Reli-  
gionis principes & socios, ac sublatâ prius  
Joannâ, Henrici matre, Evangelicæ ve-  
ritatis studiosissimâ matronâ, (venenô,  
uti putant, quô chirothecæ, dono trans-  
missæ, tinctæ fuerant,) eosdem ipsô nu-  
ptiarum tempore, D. Bartholomæi nocte  
(unde Bartholomæanarum noctium no-  
men) inauditâ crudelitate trucidari man-  
dat. Quô fraudulentô facinore, in aliis  
Galliæ oppidis repetitô, intra paucos dies,  
multa hominum millia interierunt, ita  
ut

ut Carolus IX, in literis ad Pontificem gloriatus sit, se paucis diebus ad septuaginta millia Evangelicorum occidisse. Inter occisos fuerunt Caspar Colignius Castellonius Galliæ Admiralius, Joannes Corasius Jurisconsultus & Professor Publicus Tholosæ, Consiliarius & Cancellarius Navarræus, Augustinus Marloratus, Petrus Ramus aliquie. Sævitiæ accessit mendacium, quô imperfecti, conjuratio-  
nis in Regem, Reginamque rei diceban-  
tur. At criminis locô Reformatæ Reli-  
gionis studium fuisse, satis ex eo appareat,  
quod Pontifex Romanus egerit in D. Lu-  
dovicitemplo, quô ipse, institutâ suppli-  
catione, se contulit, Deo grates ; editô  
amplissimæ indulgentiæ diplomate, ad  
Regi, regnoque cœlestis opem Numinis  
implorandam. Neque inter Gallos fuit,  
qui crimen, Reformatis objectum, ve-  
rum esse crediderit. Thuanus certè, ho-  
mo Gallus, per totam vitam Bartholo-  
mæ diem detestatus est, illos Statii Papi-  
niversus, in dispari re ad eundem accom-  
modans :

*Excidat illa dies awo, ne postera cridant*

*Secula, nos certè taceamus & obrula multa*

*Nocte tegi propria patiamur crimina gentis.*

*Thuanus l.LII. Osland. Centur.XVI. l.III.  
c.LXIX. Strad. l.VII.*

Eodem anno 1572. nova stella in Casiopeja apparere cœpit, quæ anno 1574 demum omnino disparuit, quod extraordinarium cœli jubar, Tychonem Braheum, nobilissimum virum, ad observationes Astrorum frequentiores invitavit, qui & deinceps Astronomiam feliciter restauravit. *Vide pro gymnasimata Brahei, ejusdemq; vitam à Petro Gassendo scriptam.*

Post funestas illas nuptias, Lutetiz celebratas, & Sigismundi Poloniæ Regis, sine prole decedentis, mortem, Henricus Valesius, Andegavensium Dux, Caroli IX. frater, Polonorum Rex electus, & à Legatis, ut in regnum veniret, invitatusest.

At

At Regno Poloniæ Henricus diu non præfuit, anno enim 1574. Carolus IX. post graves & longos dolores, ita ut se mori diu ante mortem senserit, decessit. Et cum successorem Henricum nominasset, clan-  
culum hic è Polonia abiit, hæreditarium regnum electio præferens. In auspicia verò regni bellum, idque civile, incidit.  
*Thuanus l.LIX.*

Postquam Henricus III. Galliarum Rex Poloniæ reliquerat, de alio Rege e-  
ligendo deliberare cœperunt Poloni. Et cum ab aliis Maximilianus Cæsar, ab aliis Stephanus Batorius, (extincto nuper Jo-  
hanne Sigismundô,) Transylvaniæ potius eligeretur, Cæsar fortunam cunctando frustrari visus est. Stephanus itaque cum antevertit, ductaque Annâ, Sigismundi, Regis mortui Sorore, Poloniæ regnum ob-  
tinuit.

Denique anno 1576. Maximilianus II. in ipsis Comitiis Ratisponensibus, quæ belli Turcici causâ instituerat, fatis conces-  
sit, sui ingens desiderium posteris relin-  
quens, Erat enim pacificus & tranquilli-  
tatis publicæ amantissimus Imperator,  
cujus

cujus dictum egregium communiter laudari solet: **GRAVISSIMUM SCELUS EST, CONSCIENTIIS VELLE DOMINARI. ID VERO EST, COELI ARCEM INVADERE.** Successit optimo Parenti Rudolphus II. filius.

Dum verò pacem reliqua Germania adhuc colebat, in Belgio turbæ, ob tyrannidem Pontificiam, majores indies excitatæ sunt. Nam Arausionensium Princeps Wilhelmus, collectis in Germania copiis, libertatem Belgarum fortiter asserruit. Exules item Belgæ, in Orientali Frisia, classem compararunt & occupatâ Brielâ, qui celeberrimus Hollandie portus est, adversus hostes suos fortiter decertant. Albanus interea omnibus exosus, postquam sævissimi Tyranni tulum, factis suis promeruerat, à Rege evocatus est, successore datô Ludovicô Requesenio, magnô Castellæ Præfecto, quô ipsô paulò post mortuô, Joannem Austriacum Rex Hispaniarum Belgio præfecit, atque is fraudem violentiæ addens, ansam Belgis dedit, in auxilium Matthiam, Rudolfi fratrem evocandi. Acciderunt sub indicatis Ducibus du-

po-

potissimum obsidiones, Harlemensis columbarum servitio, & Lugdunensis, aggerum perfosione, memorabiles.

Cœterum distractæ sunt Hispanorum copiæ, quando an. 1580. exercitum in Portugalliam duxerunt. Fuit expeditionis ejusdem occasio hæc ferè: Sebastianus Lusitanæ Rex Juvenis 24. annorum ad Muhamedis Mauritaniæ Regis preces in Africam trajecerat ann. 1578. ut Muhamedem à patruo suo Abdelmelecho, auxiliis Turcicis pulsum, in regnum reduceret. At infeliciter commissō præliō, in quo tres Reges, Sebastianus nempe, Muhamed & viator Abdelmelechus interierunt, Lusitania ipsa Rege suō privata est. Successit itaque Patruus magnus Henricus Cardinalis, quō post annum mortuō, Philippus II. Hispaniarum Rex, operâ Albani, hactenus exulis, Lusitanos discordes, fugatō æmulō Antoniō Emanuelis filiō Nothō, in sua verba adegit. Videatur Duardi Nonii Leonis liber de vera Regum Portugallia & Genealogia, Cicarella de vita Gregor. XIII. Campaña de Monarchia Hispanica, aliique.

Enu-

Emumeratis Imperiorum vicissitudinibus, redimus ad Ecclesiæ res & tristi recordamur animo, Philippum Melanchtonem, Lutheri para statam olim, humanæ exemplum fragilitatis dedisse, quando vivente adhuc Lutherò, ab anno 1536. Sacramentiorum causam, timide tamen, suam facere incepit, & post mortem Lutheri, cum Johanne Calvinio, Petro Martyre & aliis, fraternitatem & familiaritatem nimiam coluit. Autor item Electori Palatino Friderico Philippo fuit, ut ejiceret è regionibus suis Orthodoxos Ecclesiæ ministros, qui in materia de Sacrementis, litem adversariis movebant. Quo pessimò consilio Philippus optimum Electorem per novit, ut ad partes Calvinianorum inclinarit, & ejus eti pristinis Doctoribus, Calvinianos substituerit. Præterea Synergistarum opiniones, in libris suis fovit, & Antinomorum, ita ut in Corpore Doctrinæ Philippico, Septem articuli fidei enormiter befactati sint. *Vid. B. Hutteri prolegom. Locorum Commun. & Comment. in libr. Concord.*

Philip

Philippō, anno 1560. mortuō, Wittebergenses & Lipsienses Crypto-Calviniani, Praeceptoris sui sententiam fecuti sunt, qui ut nomen & scripta Philippi commendandi omnibus occasionem amplissimam haberent, Lutheri autem libros magis magisque deprimerent, & memoriam eorum abolerent, anniversarias instituebant Parentationes, de meritis & laboribus Philippi. De Lutherō autem altissimum fovebant silentium. Objiciente autem quopiam Lutheri autoritatem, respondebant, scripta ejusdem, secundum corpus doctrinæ Philippi-cum, esse intelligenda. Neque hoc satis erat, quin potius editis variis scriptis, ut Catechesi novâ, Stereomate, Exegesi, &c. Calvinianorum causam multum juvabant.

Hoc cùm animadverterent Jenenses & Wirtenbergenses Theologi, Electorem Saxoniac monuerunt sedulò; ne orthodoxyam in Regionibus suis impugnari, permetteret, quin potius fidem, ab antecessoribus suis, in Comitiis Augustanis, heroi-cō animō assertam, parili industria & constantiā defenderet.

Ac-

Accedebat ad calamitatem Ecclesiæ augendam, infelix illa Vinariensis Disputatio, anno 1560. inter Victorinum Strigelium, Synergistam, & Matthiam Flacium, coram Ducibus Saxonie, habita. Hic enim in disputationis fervore, Manicheorum opinionem amplectebatur; Peccatum Originis substantiam asserens, quem errorem postea Flacius corrigerere noluit, eundemque discipuli, quos fecerat, Rupius, Schefferus, Irenæus & alii novis commentis adixerunt.

Quare cum aliud medium, tranquillitatem Ecclesiæ restituendi, non suppperet, frequentes Principum & Theologorum conventus ac disputationes instituebantur, & in causa Flacii colloquium Argentinense anno 1571. Lindaviense anno 1575. & alia habita sunt. Crypto-Calvinianorum autem sententiae in Synodo Dresdensi anno 1571. in Conventu Torgensi anno 1574. Lichtenbergensi anno 1576. Disputatione Langensalzensi anno 1578. Colloquio Herzbergensi anno 1579. examinatae sunt. Præprimis autem anno 1577. in Conventu Bergensi, prope Magde-

## CONTINVATIO.

501

deburgum, jussu Serenissimi Electoris, à  
sex Theologis, D. Jac. Andrea, D. Mu-  
sculo, D. Cornero, D. Selneccero, Che-  
mnitio & Chyträo de Libro Concordiæ,  
à diversis Ecclesiis & Doctoribus collecta  
judicia expensa sunt. Unde demum anno  
1580. aureus libellus **CHRISTIANÆ**  
**CONCORDIÆ** in lucem prodit, sub-  
scriptione Electorum, Principum, Comi-  
tum &c. & Theologorum, item Mini-  
strorum verbi & Ludimoderatorum, ultra  
8000. approbatus.

Publicatō hoc scriptō, virulentas cen-  
suras ediderunt adversarii haud tantum,  
sed ex iis quoque, qui Lutheranorum af-  
fectabant nomen, nonnulli à doctrina  
Libri Concordiæ defecerunt; Quos in-  
ter Tilemannus Heshusius, & Daniel  
Hofmannus, contra omnipræsentiam  
carnis Christi disputare cœperunt; Ho-  
rum gratiâ anno 1585. colloquium Qued-  
linburgi institutum est, sed irritō conatu.  
Posterior, nempe Hofmannus, etiam de  
aliis quæstionibus, à communi Ortho-  
doxorum sententia recessit, & errorem  
Flacii defendere sategit; Ast convictus  
tan-

tandem , anno 1601. in Academia Julia  
publicè palinodiam cecinit.

Alia item colloquia, circa finem seculi  
præcedentis, habita sunt, MOMPTEL-  
GARTENSE, inter Jacobum Andream  
& Theodorum Bezam, ann. 1586. BA-  
DENSE, inter eundem Jacobum Andream  
& Pistorium Apostatam. RATISBO-  
NENSE, inter Jacobum Andream, Hell-  
brunnerum, Hunnium ex una, Hungerum,  
Gretserum, Tannerum , ex altera parte.  
Similiter contra Samuelem Huberum, &  
Calviniano Lutheranum, & ex hoc, univer-  
salis Electionis patronum, ab ann. 1592. dis-  
putari cœpit. *Videantur alia colloquiorum,*  
*quæ citavimus, & de causa Huberi, Polycar-*  
*pi Lyseri scriptum.*

Dum Scriptis de Religione inter se  
agebant Theologi , armis de hoc negotio  
agebatur in Belgio. Arausionensis Dux  
detestatus aliam pacem , quam salvâ con-  
scientiæ libertate initam , seriò adversus  
Pontificiorum egit tyrannidem , & mor-  
tuô Johanne Austriacô , adversus Alexan-  
drum Farnesium , Parmæ & Placentiæ  
Ducem , quem Hispanus Austriaco suf-  
fece-

## CONTINUATIO

503

fecerat, arma movit. Atque in auxilium vocatō Franciscō Alenconio, Gallorum Regis fratre, eundem belli Duccm, certis conditionibus seu legibus adstrictum, constituit.

Hispani, cum virtuti Wilhelmi Arau-  
sionensis obsistere non possent, Princi-  
pem optimum insidiis è medio auferre  
cogitarunt. Nam anno 1582. Cantaber  
quidam decoctor, Hispanicis inescatus  
præmiis, per adolescentem, sacrificorum  
excantatum præstigiis, sclopētō pene oc-  
cidit Ducem, utrāque ejus maxillā perfo-  
ratā, sed quòd vulnus lethale non fuerit,  
ex eodem iterum convalescit. Quare an-  
no 1584. Wilhelminus denuò, per Baltha-  
sarem Gerhardum Burgundum, à Par-  
mensi & Jesuitis conductum, inque Du-  
cis famulitium nuper receptum, Delfis,  
sclopēti iētu petitus & occisus est, succe-  
dente in locum Mauritiō filiō. Franci-  
scus verò Gallus, postquam nil laude di-  
gnum in Belgio peregerat, eodem anno,  
propè Lutetiam, venenō potatus, interiit.  
*Thuanus.*

Feli-

Felicior fuit Elisabetha Anglorum Regina; Rata enim, quod res erat, Hispanos, perdomitō Belgio, Angliam oppugnatores esse, Belgis succurrit, & missā sub Duce Francisco Draco in Americam classē, Hispaniolam & sinitimas regiones diripuit, atque iteratō conatu in Gadibus victrix per Dracum, omnia terrore nominis sui complevit. Deinde pace cum Sueciæ Rege, ob cædem matris suæ quodammodo offensō, initâ, ingens Hispanica classis, sub imperio Alfonsi Perea Medinæ Sidoniæ Ducis, (quâ nec Hispania quicquam operiosius in maritimis expeditionibus aliquando elaborasse, nec superbius aliquid Oceanus vidisse ferebatur, cum oppida potius, quam naves pelago innatare viderentur,) ab exiguis Anglorum copiis dissipata est, Annō 1588. in qua clade duo deviginti milia defiderunt Hispani, naves ferè octoginta amiserunt. *Strad. Dec. 2. l. 9. Thuanus l. 89. Meteran.*

In Gallia hoc tempore mira fuit rerum facies; Factio enim Guisiana, postquam Parisiensem lanienam consiliō suo pergit,

## CONTINUATIO.

505

egit, ne pietatis studiô hoc factum esse quis opinaretur, jam ipsum Regem Henricum III. in ordinem cogere conabatur. Quare animadvertisens Rex, insidias sibi strui, & autoritatem Regiam non parum à proditoribus istis minui, prævenire, quām præveniri, maluit, dissimulataque paulisper indignatione, Gvisios fratres, ad se evocatos, subito occidi mandavit, conjuratis reliquis in carcerem conjectis. Quō factō tantō dolore affecta est Catharina Medicæa, Regis mater, sanguinaria fœmina, & ob id quarta Francorum Furia dicta, ut paulò post, anno 1588. mœrore confecta, è vita decesserit.

At Gvisiana factio clade sociorum exacerbata magis, non deleta omnino, vindictam meditari cœpit. Parisienses enim Carolum Maynium, Gvisiorum fratrem, Gubernatorem Lutetiae dixerunt, & Francorum insulæ, Regique bellum inferre pararunt; Qui, Navarræ & Nobilitatis acinctus viribus, seditionis plebem fame ad officium redigere dum conatus est, à Sicario quodam, Jacobo Clemense,

X

te,

506 AEGIDI STRAUCHII

te, Monacho Dominicanu, venenato cultello, per ilia immisso, intra XIV. horas decessit, hærede constituto Navarræ olim Henrici IX. jam IV. nuncupato. Sicarius autem eodem cultrō, quō Regem interficerat, a moribundo occisus est. Accidit parricidium hoc anno 1589. Kalend. Augusti.

Cæterum, quod Navarræ & recens electus Galliæ Rex Pontificiam Religionem jam dudum detestatus fuerat, ob id olim à Sixto V. excommunicatus, Romanensibus exosus erat. Quare à factione Pontificia, prætextu hæreseos, quā Rex laborabat, magnō conatu bellum civile instaurari cœptum est, ad quod deinceps Alexander Farnesius, Parmensis Dux, quoque accessit. Postea, quām autem varias clades hinc inde dederant & acceperant partes, superiore tamen ut plurimum manente Rege, postquam item Gregorii XIV. Bullam, quā Regem denuo hæreticum pronunciabat, Galli, per carnificis manū, combusserant, Rex, à nobilitate permotus, Pontificiam Religionem ultrò amplexus est, & anno 1593. die 15. Julii, amicu candido ac prælucente cereo, absolutio-

nem

I  
S cultel-  
deces-  
m Hen-  
s autem  
erat, à  
parrici-  
i.  
recens  
gionem  
olim à  
ensibus  
ntificia,  
bat, ma-  
ceptum  
rnesius,  
Postea-  
e dede-  
e tamen  
um item  
denuo  
carnifi-  
bi'itate  
n ultrò  
ii, ami-  
olutio-  
nem

CONTINUATIO.

507

nem à Sacrificio quodam , in templo D. Dionysii, petiit, quam etiam, fremente licet Pontificis Legatô, facile impetravit. Thuanus lib. 107. Cicarella de vitis Sixti V. Gregorii XIV. & Clementis VIII.

Priusquam hæc in Gallia gesta sunt, Elector Saxonæ Augustus anno 1586. a- poplexiâ mortuus est , incomparabilem, ob sancitam concordiam , & restauratam Academiam Wittebergensem, gloriam pro- meritus ; In cuius rei memoriam , Imagi- ni ejus , quæ Wittebergæ , in monaste- rio Augustiniano , ad portam Elistrinam, extat , verba sequentia leguntur inscripta : ACADEMIAM WITTEBERGENSEM JOHAN- NES FRIDER. DEI BENIGNITATE DUX SAXONIAE, SACRI ROMANI IMPERII ELECTOR ET ARCHIMARSCH. LANDGRAV. THUR. MARCHIO MISNÆ ET BURGGRAV. FUNDAVIT: FRIDERICUS INCHOAVIT, JOHANNES CONSERVAVIT, MAURITIUS BELLO DISSIPATAM INSTAURAVIT: Au- GUSTUS EXORNAVIT , AMPLIFICAVIT ET CONFIRMAVIT. Middend. de Academ. lib. V. pag. 310.

Y 2

Suc-

Successit Electori optimo Christia-  
nus I. qui tamen & ipse diu non præfuit, nam  
annô 1591. ætatis 32. decessit iterum, tres fi-  
lios impuberes post se relinquens, quare Fri-  
dericus Wilhelmus, Dux Saxonie, Pro-Ele-  
ctor & Pupillorum tutor factus est.

Huic post DEUM acceptam ferimus  
Ecclesiarum Saxoniarum, è fermento Cal-  
vinistico, purgationem, & orthodoxorum  
Exulum in integrum restitutionem. Im-  
miscuerant enim sese Academiis & Ecclesi-  
is nostris Crypto-Calviniani quamplurimi,  
à quibus etiam Exorcismi ritus abrogatus  
jam erat. In conventu igitur Torgensi,  
& visitatione Ecclesiarum Saxoniarum ac  
Misnicarum, cùm exponeret Pro-Elector,  
se nullam doctrinam aliam præter eam, quæ  
in verbo DEI, Confessione Augustana &  
Lutheri Libris tradita, ac in Concordiæ li-  
bro repetita esset, tolerare velle, nonnulli,  
& inter hos Petrus Wesenbechius, Juris-Con-  
sultus, ac Janus Gruterus, Philologus, spon-  
te solum verterunt, alii ejeci sunt. Nico-  
laus Crellius verò, Cancellarius, quem in  
funere Electoris tota Nobilitas, & civita-  
tes

tes etiam, custodiæ mandari petierant, capi-  
tis suppliciō scelera, quorum postulaba-  
tur, luit. *Chytraeus lib. XXIX. Chronic. Li-  
pisiense.*

Circa hæc tempora mutationes variæ  
ac multiplices in Polonia, Svecia & vici-  
nis regionibus acciderunt. Stephanus e-  
nīm Batorius, Polonorum Rex, dum bel-  
lō opprimere Livoniæ Metropolim Ri-  
gam, vel Moschoviam potius, (uti in ejus-  
dem Epitaphio legitur) parabat, subito  
extinctus est, anno nempe 1586. Quare  
anno sequente, in Comitiis Warsawien-  
sibus, dum ē quatuor Candidatis, Piastoy  
Moscho, Austriaco, & Sveco, novum  
Regem eligere student Poloni, in duas  
scinduntur partes, aliis Sigismundum, Jo-  
hannis III. Svecorum Regis & Cathari-  
nae Jagellonicæ filium, elegantibus, ali-  
is Maximilianum Austriacum, Rudolphi  
Imperatoris fratrem, nominantibus. At  
prævaluit tandem, quæ pro Sigismundo  
pugnabat, Polonorum factio, & belli Dux  
Zamoiscius, Poloniæ Archicancellarius,  
Maximiliani copias, ad Cracoviam usque

Y 3 pro-

progressus, & urbem obsidentes, depulit,  
multis interfectis ac tormentis etiam oc-  
cupatis, quamvis parum abfuerit, quo mi-  
nus Sigismundus Estoniam, vehementer à  
Polonis postulatam, cedere nolens, regiō-  
tulô privaretur.

Post confirmatum in regno Sigismun-  
dum, adversus Maximilianum Austria-  
cum, Poloniam infestis signis adhuc ten-  
tantem, exercitus eductus est, atque ipse-  
met Archi-Dux, cæsis Polonis, in oppido  
Silesiæ quodam, Bitsino, cum multis aliis  
generosis personis obseßsus, captusque est.  
Accedentibus verò Rudolfi II. Imperato-  
ris precibus, titulo Regis Poloniæ, & omni  
in regnum juri renuncians, libertatem suam  
Maximilianus impetravit, quod accidit an-  
nō 1589. Chytr. l. 28.

Cæterū, quæ Johannes III. Sigis-  
mundi Regis Poloniæ pater jam antea me-  
tuerat, fore nempe, ut cum detrimento  
proprii regni, alienum aucuparetur fi-  
lius, id re ipsâ paulò posteà evenit. Pa-  
rente enim anno 1592. defuncto, Sigis-  
mundus, ad capessendum Regnum hæ-  
reditarium, Sueciam ingressus est qui-  
dem;

dem; sed quod Pontificium Legatum secum habaret, neque solius Augustanæ Confessionis professionem, ab initio liberam esse vellet, avertit à se multorum animos. Quare eodem in Regnum Poloniæ reverso, conventus ordinum regni, sub Duce Sudermannia, Carolo, Sigismundi patro, habitu sunt. Quod cum ægrè Sigismundus ferret, primùm per Legatos, deinde præsens, lites inter se & Carolum dirimere conatus est. Pax quoque post repetitum Sigismundi in Sueciam ingressum, inita quidem, sed malè servata, tandemque Carolus, initio hujus seculi, Rex Sueciæ electus & confirmatus est. Unde bella illa, quæ nuper visa sunt immortalia, inter Sueciæ & Poloniæ Reges originem suam habuerunt. Chytr. l.30. & seqq.

Iisdem temporibus Turcicus Imperator Hungariam vastabat, atque Jaurinum post & Canisium à præsidiariis (quorum Duces, ob præproperam ditionem, capite multati sunt) malè defensum, occupabat. Jaurinum verò, vulgo Raab, postquam Turca per quatuor annos fere

Y 4 for-

512    *ÆGIDI STRAUCHII*

fortalicum illud obtinuerat, anno 1598. ab Adolpho Schwartzenburgico, non sine ingenti commodo Reipublicæ Christianæ recuperatum est. *Vid. Gotardi Artus Histor. Pannon.*

Circa finem hujus seculi variis quoque in Transylvania motus acciderunt; Sigismundus enim, Transylvaniæ Princeps, iugō Turcicō excusso, fœdus cum Imperatore Rudolpho II. iniit, & adversus Turcam fortiter rem gessit, Moldaviam & finitimas regiones occupans. Commutatis itemditionibus suis, Silesiæ Princeps declaratus est, mox tamen pœnitentiâ ductus Transylvaniam repetit. *Vid. Eund.*

In Hispania eodem tempore ferè Albertus Austriacus, Cæsar's frater, Belgio Hispanico præfectus est, & è Cardinali conjux factus, Isabellam Claram Eugeniam, Philippi II. Hispaniarum Regis filiam, uxorem duxit, Burgundiâ & Belgii ditionibus prodote acceptis, quæ tamen, quod sterile esset matrimonium illud, paulò post ad Hispaniæ Regem redierunt. Occupavit hic Calatum, Galliæ portum, restitutum tamen mox,

mox, initâ inter Gallum & Hispanum pacem. Ostendæ item celeberrimam obsidionem, quæ perinde quadraginta menses duravit, & in qua ultra CXLIV. hominum milia ferrō, morbis, fame & inundationibus interisse dicuntur, anno 1601. incepit. *Vid. Meteran. lib. 22.23.24.*

Finis hujus seculi finem vitæ quoque attulit Philippo II. Hispaniarum Regi, qui, dirâ morborum corruptus confluge, verminante semper per totum corpus pediculorum eluvie, tristem animam, anno 1598. vitæ LXXII. emisit. Successit Philippus III. è conjugè Parentis quarta, Anna nempe, Maximiliani Imperatoris filia, genitus. *Thuanus lib. CXX.*

Anno 1601. Christianus II. Christiani I. filius, natu maximus, ætatis suæ anno 18. Electoratus Saxonici gubernationem suscepit, finitâ tutelâ & administratione Friderici Wilhelmi, Saxoniæ Ducis. *Supplm. Chytrai.*

Paulò pòst, anno nempe 1603. Elisabetha, Angliae Regina, septuaginta annos nata, obiit, & successorem dixit habuitque

514 ÆGIDI STRAUCHII

Jacobum VI. Scotorum Regem, magnæ au-  
tem Britanniæ I. amitæ suæ pronepotem. Sic  
Scotia & Anglia sub uno eodemque Princi-  
pe conjunctæ, & Regnum Magnæ Britannia  
appellatum est.

Regni auspicium periculosum habuit  
Jacobus; Quidam enim dignitatis suæ timen-  
tes, insidias struxerunt Regi, pulverem pyri-  
um, in effosam sub Parlamenti aula humum,  
inferentes, quod Rex & soboles regia, & Pro-  
cerum optimi quique ac maximi, unō mo-  
mentō è medio tollerentur; At, divinō  
prorsus ductu, insidiæ detectæ, & proditores  
quamplurimi supplicio affecti, Jesuitæ quo-  
que & reliqui Sacerdotes Pontificii, consci-  
nimirum sceleris, è regno ejecti sunt. *Mes-  
terian. lib. XXIV. Thuanus lib. CXXXI.*

Eò tempore Christianus IV. Dania  
Rex, Sveciæ & finitimis reliquis belligeranti-  
bus, pacis fructus per amplos vidi; Siqui-  
dem regnum ipsum non tantum, insignibus  
passim arcibus, ædificiis & scholis exorna-  
vit, sed Groenlandia quoque à Danis lustra-  
ta est. Inter Symbola industriae & felicitatis  
Regiae excellunt Arx Friderici II. (Fried-  
richs)

richs-Burg) splendidè exornata, Christianopolis ad fines Sveciæ, in Blekingia, Tychopolis in Stormaria, & Christiania in Scania. Hamburgum quoque anno 1604. Regi, ut Holsatiæ Duci, homagium, magnò apparatu, præstítit.

Infeliores verò Brunsvicenses tunc fuerunt, quippe ab Henrico Julio ferè oppressi. Hic enim, majorum jura prætexens, primò insidiis, paulò pòst apertò bellò, contra civitatem egit. In supremo autem periculo cùm versarentur Brunsvicenses, undis afflitti, ventus aggerem, ab Henrico Julio, ad perniciem civitatis, in Onacro fluvio extrectum, disrupt, & flumen undas, quæ restagnaraverant hactenus, resorpsit. Tandem bellum ad inducias, atque inde ad arbitros, Cæsare imperante, deductum est. Odium tamen inter Principes & oppidanos altissimas radices egit.

In Muscovia circa initium hujus seculi res mira sanè accedit, quæ Russis ac Polonis innumeris exitium attulit. Johannes Basilides, vernacula Russorum Ivan

## 516 AEGIDI STRAVUCHII

Vasilowitz dictus, & bellis, cum Polonis, Svecis, Turcis ac aliis finitimiis, diutius gestis clarus, anno 1384. obiit, relinquens post se filios duos, quorum alter Fœdor, alter Demetrius vocabatur. Et ille quidem post Patris obitum Russiæ gubernator factus, hic verò insidiis Boris Gadenow interemptus est. Mortuô Fœdore, Boris Magni Ducis accepit titulum. At Monachus quidam, Griska Utrepeja dictus, Demetrium se esse ajebat occultatum in cœnobio, quem Boris occisum putarit. Persvalsum quoque Latino Sendomiriensi, & per hunc Regi Pœloniæ est, monachum hunc magni Ducatus hæredem esse legitimum. Hinc, postquam promiserat, se, Ducem factum, Religionem Pontificiam in Russia promoturum, instructus Polonicô exercitu in Russiam abiit, & oppida quamplurima, favore nominis, & quod Borisii tyrannidem aversantur Russi, sine difficultate occupavit. Boris verò, rei novitate percussus, subito mortuus est, ejusdemque filius, Fœdor Borissowitz, successor Patris declaratus, in manus personati Demetrii traditus, ab eodem

ionis,  
us ge-  
is post  
, alter  
n post  
us, hic  
mptus  
Ducis  
uidam,  
se esse  
Boris  
e Pa-  
gi Po-  
ucatū  
quam  
onem  
, in-  
m ab-  
iomi-  
versa-  
pavit.  
ubitò  
r Bo-  
, in  
, ab  
odem

eodem occisus est. Demetrius itaque Russiam occupavit anno 1605. & sequenti anno Sendomiriensis filiam uxorem duxit. At, quod à balneis, somno meridianô, & aliis Russorum consuetudinibus, abstineret, autore Zuski, ipsis nuptiarum solemnibus, occiditur, cui tamen mox alius Demetrius, prioris impostoris induens personam, succedere laborat, occisis Russorum quamplurimis. Russi itaque videntes, recens à se electum Ducem, Zuski, Rempublicam parum feliciter administrare, Vladislaum, Regis Poloniæ filium, eligunt, quem & ipsum postea repudiant, non sine ingenti damno; Dicuntur enim Moschorum interisse ducenta millia, Metropolis ipsa combusta, arx direpta, & incredibiles thesauri in Poloniā abducti sunt. Successit tandem anno 1613. Michael Fedorowicz, qui præ reliquis à clementia & pacis commendatur studio. *Vide Olearii Itinerar. Persic.*

Inter hos tumultus anno 1605. Clemens VIII. Romæ mortuus est, & posthabitis Cæsare Baroniō ac Robertō Bellarminō,

518 AEGIDI STRAUCHII  
Cardinalibus, Alexander Medices, Leo XI.  
dictus, electus quidem est, sed post XXV. dies  
decessit iterum. Successit itaque Camillus  
Borgesius, qui se Paulum V. nominavit, cu-  
jus tempore bellum inter Curiam Romanam  
& Venetorum Rempublicam, instinctu Je-  
suitarum, exarsit, hac occasione ferè, uti id  
è Bulla Pontificis apparet : Renovaverant  
Veneti leges quasdam, fraudibus Jesuitarum  
oppositas, ut: Bonorū immobilium  
alienationes in favorem perso-  
narū Ecclesiasticarū, sine Sena-  
tus licentia, fieri nō debere; Ec-  
clesias, monasteria, hospitalia,  
atq; alias religiosas domus, &  
pia loca, sine speciali licentia, e-  
rigere, illicitū fore, etc. obtenderant  
item, licere Ducī ac Reipubl Ec-  
clesiasticas quoque personas,  
ob crimina commissa, carceri  
mancipare, quo jure in duabus perso-  
nis

**CONTINUATIO.**

519

nis Ecclesiasticis usi erant. Hac de causa, dirâ excommunicationis formulâ, Venetos omnes, anno 1606. proscriptis Pontifex. Ad quam excommunicationem Leonhardus Donatus, Venetorum Dux, cum Senatu respondit: *Breve illud Pontificium esse injustum, indebitum, invalidum, irritum, & fulminatum illegitime, & de facto, nulloque juris ordine servatô.*

Cæterum, quod Jesuitæ hujus litis autores, Pontificis dicto parentes, varia moli- rentur, & ad seditionem excitarent plebem, Magistratus Venetus eos, ex omnibus ditionibus suis, ejecit. Tandem, post literariam pugnam Baronii & Bellarmi ni, ex una, Francisci Pauli Servitæ & Johannis Marsili, ex altera parte, ad arma ventum est, opem ferentibus, Pontifici quidem, Hispanis, Venetis verò, Hollandis. Galliæ Rex medias egit partes, & traditis à Venetis captivis, legum quoque executionem ultra Patrum instituta se extensuros in posterum non esse promit-

ten-

520 AEGIDI STRAUCHII

tentibus, Jesuitis verò, denuò proscriptis, re-  
conciliationis auctore extitit. *Vid. Suppl.*  
*Saxon. Chytræi, pag. 119.*

Polonia non minus, ob pessimos Pon-  
tificiorum conatus, graviter percussa est. Je-  
suitæ enim, mortuô Zamoiscio, qui eorum  
ausis hactenus obstiterat, Protestantibus  
struxerunt insidias, & occupatô Rege, ædem  
sacram Reformatorum, Posonii, incendio  
deleverunt. Quare à Nicolao Zebrzido-  
vio & Jano Ratzivilio, indictis Nobilium  
comitiis, (à quibus Rackosiani, id est, comi-  
tiales, appellati sunt) anno 1606. fœdus pro  
libertate initum est, quod deinceps varia  
clades secutæ sunt, non sine ingenti Sveco-  
rum commodô. *Thuanus lib. CXXXVIII.*

Sed & Lutheranorum res detrimen-  
tum acceperunt, quando anno 1605. Calvi-  
nismus in Hassia vires sumvit, quâ occasione  
Giessensis Academia, anno hujus seculi se-  
ptimô, introducta est.

Uti verò in Hassia prævaluerunt Cal-  
vini asseclæ, ita in Belgio non parum turbatæ  
sunt eorundem Ecclesiæ. Siquidem Jaco-  
bus Arminius, in Academia Lugduno-Bata-  
vianæ

CONTINUATIO. 521

va Professor Theologus, adversus horridam  
Bezæ sententiam, de absoluto geminæ præ-  
destinationis decreto, & connexis articulis,  
disputare incepit, multosque discipulos fe-  
cit, qui deinceps ab anno 1609. quô Armi-  
nius mortuus est, multas alias opiniones ad-  
diderunt, atque à libello, cui nomen erat  
*Remonstranz*/Ordinibus Hollandiæ obla-  
tò, nomen REMONSTRANTII acceperunt.  
Agitata Arminianorum causa fuit non so-  
lum à privatis Scriptoribus, Francisco Go-  
maro præprimis, (unde Contra-Remon-  
strantes Gomaristæ vocari consueverunt)  
Nicolao Vedelio, Petro Molinæo ex una,  
Simone Episcopio, Joanne Arnoldo Cor-  
vino &c. ex altera parte, sed etiam in pu-  
blicis conventibus, Collatione Hagien-  
si, annò 1611. & similibus. Tandem an-  
nò millesimô sexagesimô decimô octavô  
Hollandiæ Ordines Synodum indixerunt  
Dordrechtanam, in qua Arminiani seu  
Remonstrantes condemnati & proscripti  
sunt. Vide Petri Bertii orationem fune-  
brem in obitum Jacobi Arminii, Acta Colla-  
tionis Hagensis, & Synodi Dordrechtae,

ab

ab utraque parte edita, Nicolai Hunnii Epistolam Dedicatoriam ad Regiomontanos, Diacon. Theolog. de fundamentali dissensu doctrina Evangelico-Lutherana & Calviniana praefixa, Hoornbeck. Summ. Controvers. Relig. lib. VIII. &c.

In locum Arminii, ab associis Ejusdem, vocabatur quidem Conradus Vorstius, suspectus verò de Socinianismo & aliis fanaticis opinionibus, etsi Leidam cum familia sua jam venerat, à Belgii ordinibus, quos insuper Magnæ Britannia Rex Jacobus monuerat, nunquam admissus est.

Eò tempore, quò controversiæ de rebus fidei in Ecclesiis Belgicis agitatæ sunt, tranquillitatis spes Reipublicæ affulsa, quippe cum navalem victoriam, sub Duce Jacobo Hemkerckio, in freto Gaditano à Belgis obtentam, secutæ sint anno 1609 inter Hispanum & Provincias fœderatas, induciæ duodecennes.

At in Hungaria & finitimiis regionibus novum exarsit bellum. Matthias enim Austriæ Dux, Cæsar's frater, pacem cum Botscajo Transylvaniæ Duce, & Imperator Ru-

Rudolfus, cum Turca, vicennales inducias inierant ; Quare de aliis hostibus Matthias jam securus, Bohemiam cum exercitu ingressus est, cuius conatui Cæsar obsistere paravit. Tandem Ducis Saxonie interventu, pax inter fratres facta est, ut Archi-Duci Matthiae Imperator, regnum Hungaricum & Ducatum Austriæ daret & subsidium ipsi mitteret contra Turcam. Bohemis quoque, Silesiis & Moravis, liberum Religionis exercitium idem Saxonia Elector impetravit, Literis Majestatis, quas vocant, anno 1609. confirmatum, & à Mattheo Austriaco, qui anno 1611. consensu Imperatoris, Rex Bohemiæ coronatus est, repetitum.

Vix compositæ erant hæ lites, quando novæ oriebantur. Nam Johannes Wilhelmus Dux Juliacensis anno eodem 1609. improles obierat, cui statim succedere pararunt Elector Brandenburgicus & Palatinus Neuburgensis. At Imperator Leopoldum Austriacum misit, qui Julianensem Ducatum tamdiu gubernaret, donec de successione legitima conveniret. Varii exinde motus secuti sunt; nam & ex-

524 ÆGIDI STRAUCHII

& exteri trahebantur in partes , Mauritiō  
Urañiō opem Brandenburgico ac Neubur-  
gensi ferente. Elector verò Saxoniæ pro-  
se & universâ Saxoniæ domô feudum duca-  
tuum Juliacensium, & sinitimorum comita-  
tuum, Pragæ obtinuit.

Dum verò Henricus IV. Galliæ Rex,  
expeditionem in alias terras, & forsitan, ut  
tumultui Juliacensi interesset, conscripto in-  
genti exercitu molitur , annō 1610. die 4.  
Majī , à Francisco Ravaillaco, extremæ de-  
mentiæ & impieratis homine , geminō ad  
cor ejus illato iſtu cultri, necatur. Brular-  
dus Cancel'arius, cùm audiret Regem occi-  
buisse, respondisse dicitur: Nunquam mori  
Reges in Gallia: Henricō in casum dario, stare  
Ludovicum, cuius saluti prospiciendum, non  
lachrymis, sed auctoritate & consilio. Prin-  
cipes, qui homines sunt, vitâ destitui: Rempu-  
blicam aeternam esse. Successit itaque in lo-  
cum Regis occisi, Magni agnomine, Ludo-  
vicus XIII. filius, Justi cognomento, qui per  
ætatem (nam octo annos tantum natus erat)  
gubernationi impar cùm esset, Maria Medi-  
cæa, novi Regis mater, regni Regens renun-  
ciā.

ciata, & à sicario sumptum supplicium, quo carentibus forcipibus dilacerabatur, servatis in laniena hac intersticiis, infusoque in brachia & humeros successivè sulphuris & plumbi liquore, quo per singula membra cruciaretur.

Etsi verò Sicarius neminem, criminis commissi consicum, allegaverit, eundem tamen per Jesuitarum hypotheses, ad parricidium committendum, inductum fuisse, nemo facilè dubitabit: Mariana enim, in libello de Regis institutione, pleraque perperani de Summi Pontificis in Reges potestate, deque subditorum obedientia, scripsérat; Quod seditiosum scriptum pénali judicio flammæ datum est. Damnabatur item iisdem diebus, Parlamenti Lutetiani placito, Roberti Bellarmini liber, quem in Barcium, de potestate Pontificis in temporalibus, pro insidiatoribus Principum, scripsérat.

Parilem sortem Cæsaris Baronii Tomus Annalium XI. in Hispania experiebatur, ideo, quod ejusdem autor Hispaniæ Regibus negarit esse in Siciliam jura, qualia possident. Adeò lubricum est scribere

§26 ÆGID. STRAUCH.

bere de Regum potestate , de imperio & ditione ipsorum , ut regnent , ut jure vel injuria possideant. Gabr. Barthol. Gr̄mond. *Histor. Gall. l. I.*

Hispaniam hoc tempore, quæ aliàs expeditionibus bellicis , & frequentissimis in peregrinas terras missis classibus , fere exhausta erat, longe magis infrequentem fecit edictum Philippi III. Hispaniarum Regis , qui anno 1609. publicò mandatò Mauros, seu novos Christianos (quos Moriscos vulgò vocant) ex æquo omnes , solis mancipiis exceptis , in æternum proscripsit , hac ferè lege , ut intra triginta dies mobilia sua bona vendant , & pretium illorum secum recipient non in pecunia , auro , argentove , aut literis Cambii , ut loquuntur , sed in mercibus , quas per leges evehere liceat , vel in fructibus regnum Hispaniæ. Immobilia verò Maorum bona in fiscum suum redigit Rex. Constat fama est , tunc temporis , ex omnibus Hispaniæ regnis , nongenta millia hominum excessisse , ita ut multæ provinciæ penè exhaustæ fuerint , & rusticorum industriâ cultuque destitutæ , adhuc

CONTINUATIO. 527

huc hodiè langueant. Propter hanc vastitatem Philippus IV. anno 1623. edictum publicavit, in quo inter alia ea, quæ sequuntur, extant: (1.) Omnes, qui uxorem ducturi sunt, quatuor annos post nuptias celebratas, immunes erunt ab omnibus subsidiis, tributis, vettigalibus, aliisq; incommodis. Qui ante annum etatis decimum octavum uxorem ducent, ab ipso matrimonii die, rerum suarum & uxoris, liberam administrationem sicut habituri; qui verò post vigesimum quintum etatis annum uxorem ducent, his immunitatibus carebunt. (2) Qui sex mares è conjugi sustulerint, qui simul in vivis sint, totò vita suæ tempore, immunitatibus supradictis gaudebunt, etiam si postea aliquis liberorum moriatur. (3) Pauperibus certa quedam pecunia summa in dorem assignatur. (4) Interdictum esto, ne quisquam cum tota familia, & bonis è regno migret. (5) Alienigena, si Catholici sint, liberè in his regnis habitabunt. (6) Luponaria publica, quia conjugia impediunt, non toleranda &c. Vide Johannis de Laet Hispania pag. 101. seqq.

Carolo Suecorum Regi, postquam is  
Daniz

§28. ÆGIDI STRAUCHII

Daniæ Regem sæpius lacepsiverat, & navæ in Livonia in atque Borussiam tendentes interceperat, bellum à Christiano IV. per Fecialem, anno 1611. denunciatum est, quod cruentum per quam fuit. Calmariam enim, Sveciæ urbem, occuparunt Dani, trucidatis omnibus, qui in arcem non confugerant. Paulò post urbs denuò occupatur, quam Sveci receperant, & arx quoque in potestate n Daniæ Regis pervenit. Interea Christianopolim occuparunt Sveci, & incendio urbem delerunt. Tandem, cum Sveciæ Rex sæpius succumberet, Christianum IV. ad duellum indignabundus provocavit, quod consilium risit Daniæ Rex. Carolus itaque, accedente ad senium mœrore, anno 1611. obiit, cui successit Gustavus Adolphus, egregiis factis suis immortalis, qui anno 1613. pacem cum Daniæ Rege iniit, postquam Calmariam receperat, & titulo Regis NORWEGIÆ se in posterum abstinere velle, promiserat.

Eodem, quo Carolus, anno Christianus II. Saxoniæ Elector, mortuus est, & successorem habuit fratrem germanum, Joha-

**CONTINVATIO.**

529

Johannem Georgium primum, Glorio-  
sissimum libertatis Germanicæ propugna-  
torem.

Annô sequente 1612. Rudolfus II. Impe-  
rator obiit, & in ejus locum electus est  
MATTHIAS Hungariæ & Bohemiæ rex,  
defuncti Imperatoris frater.

Acciderunt circa hæc tempora vehemen-  
tissimi in Transylvania motus. Nam Ga-  
briele Batoriô omnia tyrannicè agente, &  
Imperatori Turcico pariter atque Romano  
parum fideli, proditione suorum interem-  
ptô, Bethlehem Gabor, qui hactenus in  
exilio fuerat, annô 1613. Transylvaniæ poti-  
tus est.

Juliacenses & Clivenses turbas, qua-  
ruin anteâ mentionem fecimus, mox  
aliæ secutæ sunt. Nam Wolfgangus  
Wilhelmus Comes Palatinus Rheni Neo-  
burgensis, qui partem Ducatum occupa-  
verat, ductâ Maximiliani Bavariæ Du-  
cis filiâ, Religionem Pontificiam ample-  
xus est, institutô prius colloquiô inter Ja-  
cobum Heilbrunnerum & Jac. Kellerum  
Jesuitam. Quô factô Philippus Ludovi-  
cus Pater, præ animi mœrore, mortuus est

Z

Circa

Circa eadem tempora Georgius Guil-  
helmus Marchio Brandenburgensis, Jo-  
hannis Sigismundi Electoris filius, Calvi-  
nianorum castra secessus est.

Sicuti cognati principes religione dissen-  
tiebant, ita etiam super possessione materna-  
rum ditionum, non conveniebant. Neo-  
burgicus quidem muniebat Dusseldorfii  
um, Marchio verò Brandenburgensis Julia-  
cum; Illum juvabat Albertus Austriacus,  
hunc Mauritius Batavus.

In Thuringia anno 1614. Pseudo-Pro-  
pheta exortus est, qui matris suæ instinctu  
Emanuelem à Meden se vocavit, & pro  
Michaele, item substantiali Dei verbô ha-  
berivoluit, ministerium omne cum Sacra-  
mentis, Baptismo & Cœna improbavit, &  
alias impias opiniones defendere satagit.  
*Calvis. ad annum 1614.*

In Frisia Occidentali eodem anno Aca-  
demia Groningensis aperta & introducta  
est, quam primus omnium regere incepit  
Ubbo Emmius Historicus. Videatur ipsi,  
& Godfridi Hegeniti Itinerarium Friso-  
Hollandicum.

In Sabaudia & Mantua Ducatu bel-  
lum

lum ab anno 1615. usq; ad annum 1619. gestum est. Mortuo enim Franciscô, Mantua Duce, Ferdinandus Gonzaga, frater defuncti, è Cardinale miles factus, ditio- nem avitam occupabat, à quo Carolus Emanuel Sabaudus repeatbat filiæ suæ, quondam Francisco nuptæ, dotem & Montisferratensem Marchionatum. Tandem post mutuas clades, pacem, Mantuanus & Hispanus ex una, Sabaudus ex altera parte, inierunt.

Diuturniores fuerunt Gallici motus, è quibus constitit, Reipublicæ necessita- tem vix aliam majorem esse, quam sub Rege, qui per ætatis rationem ab aliis ipse regitur; Principes enim Regio orti sanguine, con- questi; *Indignati* se & confœderatos: *Injuriosæ habitum* nuper Parlamenti Lutetiani zelum, cui ad Reges pro Repu- blica accessus liber esse debet, & fuit semper: *Inauditum con- temptū*, quo per injuriam spre-

Z 2 tæ

tæ monitiones augustissimi ad  
 Regem suum Senatus: Violari  
 fædera Principes inter Ego Re-  
 gem sancte inita Ego ex aula  
 abeunt, Condæus nempe, Nivernus, May-  
 enius, Longavillæus, & alii. Augebant  
 Principum offensionem nuptiæ Regis,  
 cum Anna Maria Mauritia Hispana Prin-  
 cipe, & Philippi IV. cum Elisabetha, Gal-  
 li sorore, dissentiente Condæo, initæ, &  
 anno 1616. acceleratæ. Hæc origo bel-  
 lorum civilium in Gallia fuit, quæ Regis  
 matri indignationem, Condæo captivi-  
 tam, Ancræo & aliis exitium attulerunt.  
*Videatur Gramond. l.2.*

Per ea tempora movebatur in ulterio-  
 re Italia bellum Venetos inter, & Archî-  
 ducem Ferdinandum, de terminis posses-  
 sionis utriusq; partis, pax tandem, obalias  
 expeditiones, anno 1618 facta est.

In Germania verò, è favillis, belli  
 flamma, Brunsvicenses Duces inter &  
 Brunsvicum oppidum, exuperare de no-  
 vo cœpit, Fridericô Ulricô Duce oppi-  
 dum gravissimâ obsidione cingente, in  
 qua

*CONTINUATIO.*

533

qua tamen è suis quoq; desideravit pluri-  
mos. Pacem itaq; utrinq; inierunt , per  
tres seculares Electores , Daniæ Regem,  
& alios Principes impetratam , quâ annô  
1616. publicatâ , Brunsvicenses Ducis suo,  
secundum Literas clientelares , Sacramen-  
tum dixerunt.

Annô 1617. in gratiam memoriam , mi-  
rabiliter ante hos centum annos , ministe-  
riô B. Martini Lutheri , restitutæ Evange-  
lii lucis , ut Jubilæus peractus est , atque id  
in regionibus singulis , quæ fidem ortho-  
doxam receperant . Intimavit tunc tem-  
poris Pontifex Romanus quoq; Paulus V.  
Jubilæum , qui , ut habet inductionis DI-  
ploma , Evangelicorum , quos contume-  
liosè Hæreticos appellat , eversionem &  
Concordiam Principum , Pontifici Ro-  
mano additorum , intendit . Videantur  
*Acta Jubilei Lutherani à Saxoniciis , Argen-*  
*toratensibus , & aliis edita.*

Exeperunt Jubilæum annum ejula-  
tus tricennales , cum annus 1618. is fuerit ,  
quō infeliciorem non vidit Germania . O-  
rigo belli Bohemici fuerunt tumultus . Pon-  
tificii enim , quod Religionis libertatem ,

Z 3

literis

literis Majesticis confirmatam, in Bohemia, Silesia, ac vicinis regionibus, multis modis læderent, Regni item Bohemici privilegia imminuere viderentur, ansam subditis dedere, de violentis mediis aduersus injurias sibi illatas, cogitandi. Quare indictis Comitiis, à Cæsare Matthia, & qui consensu ejusdem, in Regem Bohemie coronatus erat, Ferdinando patruo, improbatis, querelas & gravamina sua Consiliariis ac officiariis regni, Pragæ à Cæsare relictis, die 13. Maii Evangelici exposuerunt. Cum verò Superiorem judicij Praefectum Wilhelmum Slabatam, Jaroslauum Bazita à Mardinitz, alias Smesancium dictum, & Secretarium M. Philippum Plattem, sibi reluctantes offenderent, apprehensos eos, per fenestras, è summa Pragensi arce, ad 27. ulnas, in pomarium raptim præcipitarunt, quod casu tamen nullus dejectorum periit.

Cum facile animadverterent Bohemii, Cæsarem pariter atq; Regem vehementer se laßisse, sub duce Matthia Turriano Comite, contra communes Dei, Regis, Religionis & Majesticarum Literarum hostes

hostes sese strenuè pugnaturos esse, interposuò juramentō, promiserunt, atque Ernestum Mansfeldium, cum veteranæ militiæ legione, à Duce Sabaudiæ paulò anteà dimissâ, asciverunt, quibus copiis Pil-snensem urbem expugnarunt.

Cæsar atque Rex Ferdinandus haud segnius egerunt, sub Ducibus Henrico Julio Lauenburgensi, Saxonie inferioris Principe, Henrico Tampierio, Comite Bucquojo, aliisque, qui aliquoties cuin Bohemis congressi sunt, jam victi, jam victores.

Illuxit hoc tempore insolens cœli fitbar, Cometam vulgò vocant, è signo Scorpii, contra Signorum Seriem, in Septentrionem tendens & Bootem fere totum perlustrans, de quo varii à Mathematicis tractatus editi sunt.

Inter has turbas, anno 1619. d. 10. Martii Matthias Cæsar mortuus est, anno ætatis sexagesimô secundô, in cuius locum Ferdinandus Secundus, Primi, è Carolo filio nepos, Bohemiæ & Hungariæ Rex jam anteà declaratus, Imperator electus est, Bohemis frustrâ urgentibus, eum,

qui Bohemiam minimè possideat, ne intet  
Electores quidem tolerandum esse.

Postridiè quam Cæsar creatus erat Fer-  
dinandus, Bohemi regnum eidem Pragæ  
abrogant, & Friderico Electori Palatino  
Regni diadema deferunt, qui etiam, in-  
stinctu, uti nonnulli putant, conjugis suæ  
Elisabethæ, Magnæ Britanniæ Regis filiæ,  
regios spiritus dudum gerentis, id facile  
accipit. Intereà Hungariam infestis signis  
ingrediebatur Transylvaniæ Princeps,  
Bethlehem Gabor, translataque ad se co-  
ronâ Hungariâ, Principis Hungariæ sum-  
xit titulum, atque copias suas ipsis Viennæ  
mœnibus admovit, majora ausurus, nisi Hu-  
manajus, Cæsarearum partium Dux, Tran-  
sylvaniae clade affecisset.

Dum bellum hoc anceps flagrare inci-  
piebat, Catholici Principes, fœdus inter-  
se inierunt, & militem conscripserunt, ca-  
putq; exercitus constituerunt Maximilia-  
num Bavariæ Ducem, & primum posteà in  
ea Ducum Bavariæ linea Electorem. Elec-  
tor item Saxonie Joh. Georgius, glorioſe  
memoriæ postquam Fridericum Palatinum  
frustra ad pacis consilia hortatus erat, à  
Cæsa-

Cæsare ad id evocatus, exercitum in Lusatiam duxit, & utramque subjugavit, Budissinorum imprimis insolentiam urbis deletione ultus est. Ad hæc Ambrosius Spinola, congregatō è Belgis, Hispanis & Italī exercitu, Regis Hispāniarū jussu, ipsum Friderici patrimonium, segniūs obſistente Joachimo Ernesto Onoldino, unionis Heilbronnensis (quæ vocabatur) Duce, diripuit,

Postquam verò Bavarus universas vires Bucquojo Comiti junxerat, Palatinus quoque copias suas in Albo monte prope regni Metropolin Pragam eduxerat, ingens commissum est prælium, in quo octo millia Bohemorum, duo Cæsarianorum periisse tradunt. Rex ipse Palatinus neglectō diadestate, & archivō, cum uxore, liberis & supellectile sua in Silesiam abiit. Dies erat VIII. Novembr. anno 1620. quō in Ecclesiis Evangelium de reddendis, quæ sunt Cæsarī, Cæsari, exponebatur. *Cluver.*

Ingressus Pragam Ferdinandus Victor, facile Bohemiam omneū recepit, cum quo Silesii quoque in gratiam redierunt,

confirmatâ , ad Electoris Saxoniz intercessionem , Religionis libertate. Palatinus verò & Anhaldinus , cum complicibus , proscripti sunt. Hi à Daniæ Regem aliquaque , auxilium petiere quidem , at à nullo impetrarunt. Solus Christianus Brunsvicensis Halberstadiensem Præsul , invitatis aliis , conscripsit exercitum , eundemq; in ditio- nem Moguntinam duxit , Palatinô jam in Bataviam digressô.

Pactæ deinceps cum Transylvano in-  
ducia verius , quam pacis perpetua leges  
sunt , Bucquojô ad Nevysolum occisô . Et  
Ferdinando Regium quidem diadema  
concedebatur à Bethlehemo , qui vicissitu-  
dinum humanarum memor , coronatio-  
nem callidè distulerat hactenus , sibi verò  
Cassoviam , Tocajum , & alias civitates re-  
tinuit , atq; insuper Oppoliensem & Ra-  
tisboriensem , in Silesia , Ducatus , cum  
Principis Imperii titulo , impetravit . Sum-  
ptum postea à quamplurimis perduellionis  
supplicium est , inter quos Joachimus  
Andreas Sliccius , Johannes Jessenius à  
Jessen , & alii fuerunt. Mansfeldius verò  
lescissis , quæ cum Cæfarianis inierat , pa-

etis

Eis, Palatinatum inferiorem cum finitimis ditonibus, belli sedem fecit, expertus sèpè, atque id cum suo ingenti damno, belli nervum pecuniam esse, quâ destituebatur tamen.

Dum hæc agebantur in Germania, vari motus Belgium exercebant; Nam Arminianorum factio jam arma meditabatur aduersus Mauritium, quem anhelare Monarchicam potestatem tradebant. Sed Arminianorum consiliis patefactis mature, Barnefeldius, septuagenario major, capite plexus est, Ledenbergius interemit se ipsum, Hugonem Grotium verò, perpetui carceris, cum Hogerbetio, damnatum, conjux sua astu inclusum cistæ, exportari custodia, locariq; in tuto curavit. Cluverus ad annum 1619.

Marcus Antonius de Dominis Spalensis Archi-Episcopus, circa hæc tempora, Pontificiâ religione abnegatâ, Reformatam propugnare incepit, emissis de Republ. Ecclesiastica libris aliquot. Cùm verò in Anglia versaretur, Hispanicis inescatus pollicitationibus, Bruxel-

las abiit, inde Romam petens, ut cum Pontifice rediret in gratiam, ibidem anno 1625, in carcere periit, & paulo post, una cum libris suis, combustus est.

Poloniā anno 1622. vexabat Turca, qui in Podoliā irruens, magnam edebat stragēm, coactus tandem à Vladislao Regis filio hostis est, pacem æquis conditionibus Poloniis offerre. Ferunt ad duodecim milia Polonorum & Germanorum, è Turcis ad centum circiter millia, in certaminibus cæsa, totidem aliis casibus extincta esse. Pacis hæ præcipue leges fuere, (1) Constantinopoli Rex Polonia unius more aliorum Regum, perpetuumq; Legatum habeto. (2) Utriusq; regni, imperiiq; subditis nullæ injuriæ inferuntur. (3) Commercia utrinq; licita & tut a sunto, (4) In Walachia nullæ militares copiæ manento. (5) Deserta camporum in-

## CONTINUATIO.

§41

inhabitata in similibus loca,  
neq; Poloni, neq; Turcæ in va-  
dunto, adeunto, nisi venationis  
aut piscationis causa. (6) Nec  
arcem ullam, urbem ve in iis  
condunto. (7) Si quid fortè da-  
mnorum Tartari inferant,  
*Magnus Chamus reus apud*  
*Turcarum Imperatorem esto.*  
(8) Ad Walachiæ principatum  
non nisi Christianorum lava-  
cro tinctievehuntor, neq; ulli,  
qui Muhamedana Religionis  
admittuntor &c.

In Gallia Ludovicus XIII. svasū Pon-  
tificis Gregorii XV. & consiliō Johannis  
Armandi Richelii Cardinalis, gravem ad-  
versus Reformatos persecutionem insti-  
tuit, qui vicissim comitia generalia Ru-  
pellæ habuerunt & adversus hostes, ad  
quorum libidinem à Rege judicari secon-  
quistisunt, armis adendum esse decreve-  
runt.

runt. Ortum itaque bellum gravissimum est, victoribus pariter atque viciis luctuosum, sed Rupellanis luctuosissimum, quorum civitas, deficiente annonâ, tandem anno 1628. Victoris cessit arbitrio. Refert Gramondus L. XVIII. se vidisse Rupellanæ obsidionis in ænea tabella imaginem, in qua accuratè expressum fuerit, omne urbiscapiendæ terrâ mariq; artificium. Hic moles lapidea alveo transversalis, hic ex submer sis navibus scopuli, hic repagulum fluctuans, hic fossæ & munitamenta circum urbem, hic in utroque littore distributa propugnacula, cum inscriptione, quam manus Richelio Cardinali amica posuerat.

LUDOVICO XIII. REGNANTE.  
ARMANDO CARDINALE ADMINISTRANTE.  
PRINCIPIBUS EUROPAEIS FRUSTRA IN GAL-  
LIAM CONIURATIS INIECTA OCEANO  
FRAENA.

## RUPELLA CAPTA,

HAERESIS CONCLAMATA.

OBSTVPESCIS ET MIRACVLI AV-  
TOREM QVÆRIS?  
NON EST VNIVS HOMINIS  
TANTVM OPVS.

## DUO SUNT,

Ludovicus  
fecit.Armandus  
invenit.

Annō 1622. Philippus III. Hispaniarum Rex obiit, successorem nactus Philippum IV. sedecennem; Albertus quoq; Austriæ Dux paulò post vitam finiit.

Cæterū bellum Germanicum, devictā Bohemiā, continuatum nihilominus est, inde Tilliō Consalvō, cum funesto militum è Croatia genere; hinc Mansfeldensi, Brunsvicensi & Badensi exercitu rem serio agentibus. Et si enim Bruxellis compositio tentata fuerit, tam lentè tamen omnia processerunt, ut Palatinus interim ditiones suas amiserit, Heidelbergā vi, aliis oppidis ditione, captis.

Accessit ad Germaniæ calamitatem ini-  
qua pecuniæ æstimatio, quâ æruscatorum  
nequitia, numimi Imperialis valor, in non  
nullis locis, ad XVI. florenorum æstima-  
tionem elevatus est.

Et jam Electoribus quoq; cum Cæsare  
conveniebat parum, quippe qui è ditioni-  
bus subactis, Protestantium Religionis  
Præ-

§44 ÆGID. STRAUCH.

Præcones ex quo omnes, ejecit, frustra  
deprecante Saxone ne victoriæ præmium  
fieret Religionis Lutheranæ oppressio.

Offendebantur magis procerum Ger-  
maniæ animi, à quo Ferdinandus in con-  
ventu Ratisponensi, annô 1623. Frideri-  
cum, unà cum posteris suis, feudō impe-  
riali, & Electoratū dignitate privare co-  
natus est, substitutō Maximilianō Bavariæ  
Duce. Etsi enim Elector Saxonie &  
Brandenburgensis, Regis item Angliae  
Legatus urgerent, liberorum Palatini in-  
fantiam planè immunem esse à criminis pa-  
terno, si quod commisisset Fridericus, præ-  
valuit tamen Cæsar's sententia, quia armis  
defendebatur.

Circa hæc tempora annô 1623. in vivis  
esse desiit Gregorius XV. Pontifex Ro-  
manus, ad quem legationem splendidam,  
annô 1622. Rex Hispaniarum Philippus  
III. misit, ut decideret controversiam,  
magnō animorum conatu, & Ecclesiæ  
Christianæ scandalō inter Dominicanos &  
Franciscanos agitata: Beata Virgo an  
cum peccato concepta sit, nec ne? At post  
longas tergiversationes atq; moras,  
Lega-

CONTINUATIO. 545

Legati hoc responsum à Pontifice accep-  
perunt; sibi à Spiritu Sancto nondum revela-  
tam esse categoricam hujus controversiae de-  
cisionem; Interea præcepit omnibus,  
ne in sermonibus aut scriptis etiam priva-  
tis, asserere auderent, B. Virginem fuisse  
conceptam in peccato originali: & ut in  
Missa & divino officio, publicè & privatim,  
omnes sanctæ conceptionis nomine utan-  
tur. At paulò post Dominicanis indul-  
xit idem Pontifex, privatim inter se in Col-  
loquiis differendi potestatem de con-  
ceptione B. Virginis. Hic idem Ponti-  
fex ille est, qui anno 1622. d. 12. Martii, ISI-  
DORUM, Agricolam Hispanum,  
qui vixit ante 450. & amplius annos,  
IGNATIUM, Autorem societatis Jesu,  
FRANCISCUM XAVERIUM, so-  
cietatis ejusdem in India Apostolum, TE-  
RESIAM, Fundatricem Carmelitarum  
discalceatorum, ac PHILIPPUM NE-  
RIUM, Auctorem Congregationis O-  
ratorii, unâ & eadem celebritate canonizavit, seu Divis adscripsit. Successit Gre-  
gorio URBANUS VIII. Senensis, antea  
Maffeus Barbarinus dictus. Vide Luc.  
Wad.

*Waddingi Legationis Hispan. descript. VII  
Gregor. XV. Franciscus Carriere &c.*

In Belgio duodecennalibus inducīs finitis, bellum utrinque restauratum est, ab anno 1621. sub Hispanorum Duce Alberto primū atque Spinola, Fœderatorum autem, Mauritiō Uraniō. Anglus tunc temporis nutabat, quod speraret conjugium Caroli filii sui, cum Hispana Principe, brevi futurum, atque sic nepotes suos in avitas ditiones restituendos esse. Quā spe elusus, Henricam Mariam, Ludovici XIII. sororem, Carolus Jacobi VI. filius anno 1625. uxorem duxit, & Parens Eiusdem, magnæ Britanniae Rex, adversus Austriacos & Fœderatos Hispanos, arma meditatus est, nepotibus suis opitulaturus. Decessit autem inter bellorum strepitū; laudatusque səpiùs Carolus succēsſit.

Incendium Germanicum inter hæc quotidiè augescebat, Tilliō enim & Alberto Friedlandiæ Duce, Visurgis fluvii ripam annonæ, & pecuniarum exactionibus vastantibus, tandem in societatem belli Daniæ Rex pervenit, qui nuper, anno

CONTINUATIO. 547

nō nempe 1623. Soræ in Selandia novam Nobilium Academiam erexerat , pace felicior, quām bellō , cuius initium ominosum perquam fuit. Rege ipso , Hamelienes illustraturō excubias , in foveam delapsō , & per triduum inter moribundos habitō. Accedit ad Danicas & Saxonicas copias Mansfeldius Comes , qui Mercurii instar inter Anglum , Gallum , & Batavos commerat hactenus. At quod Danorum Rex non animi magnitudine , sed fortunæ favore destitueretur , & Cæsareani Jutiam , Stomariam atque alias Regis Daniæ possessiones depopularentur , pace initâ 1628. ulteriori periculo se subduxit utraque pars. Mansfeldius verò paulò antè per Silesiam & Hungariam grassatus , dum Venetias tendit , anno 1626. in Bosnia , decessit , venenō, uti nonnulli tradunt, potatus.

Austriam tunc temporis tumultus agrestium turbarunt ; Rustici enim supra Oenum , Austriæ superioris fluvium , arma sumserunt , jugum Pontificium , vel verius omne , excussori. Sed cum Rusticorum more , id est , sine ordine , agerentur

tur omnia , succubuerunt rebelles homines. Fugati tamen ab iisdem semel atque iterum sunt Cæsarei & Bavarii milites, donec Papenhemius injurias hasce plenissimè vindicavit, & seditiosam oppresit plebem.

Cæterum non sola Germania bellō tunc conflagrabat , sed etiam in aliis regionibus id exarsit , præprimis in Rhætia, valleque Telina , Gallos inter, Venetos, Sabaudum & Hispanum. Genuenses quoque , quod Hispanos juvarent , (semper enim studia Hispanis fuere Genuæ in partes suas trahendæ , quoquô modô.) Dux Sabaudiæ , cum Rege Galliæ , opprimere conatus est. Neque Galli cum Anglo amicitia fuit sincera , quod Confessorius Reginæ sæpius in arcana regni inquireret , jussus ob id , cum sodalibus, è Britannia exire. Ad id novi motus in Italia oriebantur. Vincentiō Mantuæ & Montisferrati Duce, sine liberis mortuō, & Carolō Nivernensi Gallō , ut agnatō proximō, hæreditatem adeunte. Hollandi denique anno 1628. duce Petro Petrō Heiniō classem Hispanicam , quæ vecti-

CONTINVATIO. 549

Vectigale ex Indiis argentum advehiebat ,  
intercepunt , diu prædæ huic insidiati.  
Occuparunt iidem Cliviam , Sylvam Du-  
cis, Vesaliam , & alia finitima oppida.

Gustavum Adolffum inter , Sveciæ Re-  
gem & Sigismundum Polonum inveteratæ  
lites , eodem tempore , magnô & inusitatô  
ferè conatu agitatæ sunt. Huic enim victori-  
cibus Svecorum armis adimebatur Livonia  
tota ferè , Rigâ à Polonis frustrâ de-  
nuò tentatâ. In Prussiâ item Sveciæ  
Rex , adiectus octuaginta navium classe , ja-  
ctisque prope Pilaviam vallis , Brunsber-  
gam , Frauenbergam , Elbingam , Mariæber-  
gam , Strasburgum , &c. occupavit , usus in  
hanc rem inventis nuper à quodam Elia  
Tripô , machinis coriaceis , quæ perinde at-  
que ænæ , ignitos jaculantur globos . Tan-  
dem anno 1629. cum Poloni ut plurimum  
inferiores essent , ad instantiam Regum  
Galliarum & Angliæ , Electoris item Bran-  
denburgici , induciæ in sexenniū initæ sunt ,  
retentâ à Sveco Livoniâ , cum quibusdam  
urbibus Prussiarum , ut Elbinga , Me-  
mel &c.

Cæsa-

Cæsariani , frequentissimis abusi victoriis , insolenter omnia agebant ; Ducibus Megapolitanis , Adolfô Friderico & Johanne Albertô , nec auditis quidem , perduellionis tamen damnatis , Albertus Fridlandiæ Dux , omnes Megapolitanas ditiones occupaverat , ad hæredes suos transmittendas . Pomeraniâ in solitudinem conversâ propemodum , sola Stralsundia Cæsarianis obluctabatur , repetitis acerrimis oppugnationibus invicta . Accessit tandem ad depopulationes promiscuas , in quibus nec amici nec inimici habebatur ratio , edictum Cæsareum , Ecclesiasticorum impulsu promulgatum , de RESTITUENDIS BONIS OMNIBUS ECCLESIASTICIS , atque dignitatibus , post pacificationem Passaviensem , per septuaginta quinque annos , à Protestantibus principibus occupatis . Augustæ , Mindæ , Tremenonæ , & aliis in locis Augustanæ Confessionis socii ejiciebantur ; Doctores Ecclesiæ , & inter hos Theodorus Thummius Tübingerensis Theologus , Zeemannus , & alii , ob AntiChristum , in papatu notatum arresto Cæsar is detinebantur . Jesuitæ Dil-

lin-

lingenses classicum canebant, & persuadere conabantur Cæsari, Doctrinam Protestantum hodiernam dissentire ab Augustana Confess. anno 1530. Carolo V. exhibita; Itaque Principes Protestantes, & Status Evangelicos hodiernos non esse pacis religiosæ participes, cujus fundamentum sit Augustana Confessio. Frustrâ seditiosos Jesuitas, editis Pupillâ Evangelicâ, defensione ejusdem, & aliis scriptis confutabant Saxonici, quod perniciosi homines nullas rationes admitterent. Serenissimum Saxoniæ Ducem Augustum, Electoris filium, postulatum Archiepiscopum Magdeburgensem remotum, & Leopoldum Wilhelmum Cæsaris filium, in locum ejus suffectum volebant Pontificii. Ex his & aliis seditiosis Pontificiorum conatibus plerique Germaniæ Proceres Evangelici certiores fiebant, præmium exantlati pro Cæsare laboris, Bonorum amissionem vel exiliu fore.

Uti verò mala consilia plerumque in Consultoris vergunt perniciem, ita & Romanensibus tunc evenit, excitatō è Septentrionis angulo, qui afflictis affer-

ret

ret suppetias. Nam Gustavus Adolfus Sveciæ Rex , pactis cum Polono inducūs, in Germaniam tendebat , opitulaturus tum aliis Germaniæ Proceribus , qui amis-  
sam lugebant libertatem , tum Stralsundiæ incolis præprimis, qui tutelam potentissimi Regis imploraverant hactenus. Indici-  
tur itaque Cæsarianis à Rege Sveciæ bel-  
lum novum. Causæ belli hæ ferè allega-  
bantur : (1.) quod Regi Poloniae , quam-  
diu Succorum hostis fuerit , subsidiarios  
milites Cæsar miserit , qui regem Polo-  
niae ad belli continuationem animarint:  
(2.) Quod Legati Regis Sueciae , contra  
jus Gentium , ad Lubecenses Danico-Ca-  
sarianos tractatus non admissi , sed contu-  
meliose rejectifuerint. (3.) Quod Consan-  
gvineos , confœderatos Regis , & Religionis  
socios , Cæsar proscripterit , occupatis eorum  
ditionibus. (4.) Quod commercia per  
mare Balthicum impedianter , à Cæsari  
milite , Fridlandio portentosum illum,  
**MARIS BALTHICI GENERALIS**,  
titulum sibi arrogante , & Cesareis pirati-  
cam , in mari Balthico , passim exercenti-  
bus. (5.) Quod Stralsundiam civitatem ,  
atque

## CONTINUATIO.

553

atque finitimas, injustè oppressas, sine pacto-  
rum violatione, Cæsariani militis tyrannidi  
amplius permettere nequeat &c. Videatur  
Balthasaris Henckeli tract. de Bello tam pro-  
reditio, quam vindicatorio Gustavi Adolphi.

Decretò semel à Svecis bellò, primus  
impetus in Rugiæ insulam & finitimas fie-  
bat; Quibus occupatis, & adventante insu-  
per Regis classe, Pomerania subacta est. Bo-  
gislauš enim, Stetinô deditò, pacem cum  
Sveco iniit, & auxilia eidem, in tuenda utri-  
usque ac Imperiilibertate, promisit; Cui vi-  
cissim Svecus, se Pomeraniam tueri tantum  
velle, nequaquam suo sceptro subjicere, pol-  
licitus est.

Agebantur circa hæc tempora Ratis-  
ponæ comitia, ad alendum exercitum ve-  
riùs, quam restituendam pacem, à Cæsare  
indicta. In his ipsis Bellorum flammæ  
Romanenses oleum infundebant, bono-  
rum Ecclesiasticorum restitutionem ar-  
mis urgendam esse svadentes. Neque  
multò pòst Christianô Wilhelmo, Ar-  
chiepiscopatus Magdeburgensis Admini-  
stratore, in urbem reduce Parthenopo-

Aa

lis,

lis, quæ vulgò Magdeburgum dicitur, ob-  
dione cincta est.

Etsi verò neque Sveciæ Rex, neque Sa-  
xoniæ Elector, neque obsessi ipsi credidis-  
sent facile, urbem, munitam satis, in hostium  
potestatem brevi redigi posse, arcanò tamen  
**DEI consiliō**, inclyta urbs crudelitatis Ro-  
manensium argumentum fieri debuit, quan-  
do X. Maji die anni 1631. non sine proditio-  
nis suspicione, à Cæsarianis vi capta & expu-  
gnata est. Dubitasses, utrum horrenda  
urbis clades commiseratione magis, an vi-  
ctoris insolentia indignatione, dignior sit.  
Agebant enim victrices copiæ non ut homi-  
nes cum hominibus, sed ut bestiæ crudeles  
secum invicem agere consueverunt. Nul-  
la hic ætatis, nulla sexūs imbellis habeba-  
tur ratio. Victoria autoribus ignominio-  
sa erat, quod patefieret tunc, miseros viatos  
quidem, at victores miserrimos esse, &  
ne miserandos quidem, ut quorum flagi-  
tia inter trophæa numerabantur. Occiso-  
rum numerus exactè non innotuit; quam  
plurimis igne absumptis, cuius vehemen-  
tia Cæsarianis prædam, incolis vitam, cu[m]  
inelio-

*CONTINUATIO.* 555

melioris fortunæ spe, omnino sustulit. Testantur tamen, quorum inculpata in recentibus rebus gestis fides est, ultra viginti duo millia occisorum cadavera in Albim projecta esse, ne elementi hujus testimoniò careret crudelitas.

Dum Cæsarianæ copiæ in oppugnanda civitate occupatæ erant, Sveciæ Rex, auxiliis Anglicis receptis, Pomeraniam totam subegit, captisque Gustroviâ & Sverinô, Megapolitanos Duces restituit. Hostem vero persecuturus, à Brandenburgico Electore, cuius Sororem Mariam Eleonoram Rex ante decennium, anno nempe 1620. duxerat, duo fortissima munimenta, Custrinum & Spandviam, petiit, & ab ancipiti atque difficiili ad tempus impetravit. Cognitô Regis adventu, Godofridus Henricus, Comes Papenheimius, qui cineres eversæ urbis custodiebat, Johannem Tserclaem, Comitem de Tilly, Exercitus Cæsarei & Catholicæ unionis (post exauctoratum Friderici Ducem,) Generalem, ab excidio, quod Hassiæ intendebat, statim

Aa 2

ad

## 556 ÆGIDI STRAUCHII

ad se redire postulabat, ut clavis nempe par-  
ticeps fieret, per ingruentes noctu Svecos in  
castra Cæsarianorum, acceptæ.

Convenerant eodem anno 1631. Pro-  
testantium Status quidam, deliberaturi, quid  
imminente Germaniæ, à traculento Cæsaris  
milite, ruinâ faciendum sit amplius; Post  
matura consilia tandem singulis placuit, mi-  
litem conscribendum esse, & aduersus vim  
injustam ditiones Principum Evangelico-  
rum defendendas, neque permittendos in  
posterum subditos suos hostium libidini.

In eodem conventu, præter delibera-  
tiones, res civiles concernentes, unionem  
Ecclesiarum tentarunt utriusque Electoris,  
Saxonici & Brandenburgensis, Theologi  
quidam, habitô inter se privatô, de articulis  
fidei controversis, colloquiô, cui è Luthera-  
nis interfuerunt D. Matthias Hoe, Electoris  
Saxoniz Concionator aulicus, D. Polycar-  
pus Lyserus & D. Henricus Hopfnerus, è  
Calvinianis D. Johannes Bergius, D. Johan-  
nes Crocius, & Theophilus Neubergerus,  
quæ actio in mense Martiô instituta, uti  
merè privata fuit, ita hâc clausulâ obli-  
gna-

gnabatur : Ut omnia acta invicem , habe-  
rentur quasi non acta , neque alterutra  
pars sine alterius Consensu evulgaret quic-  
quam.

Etsi verò conventus hujusmodi secum  
invicem Catholici Principes instituerint  
sæpiùs , neque scopus ejusdem vel Imperii  
legibus vel æquitati contrarius fuerit , tra-  
ducebantur tamen Evangelici , ac si fœdus  
adversum Cæsarem inierint . Quare , fru-  
strà calunniam hanc deprecante Saxonizæ  
Electore , Cæsar is exercitus nihilominus ,  
vastatâ Thuringiâ , Misniam ingreditur , &  
occupatô Martisburgensi oppidô , Lipsiam  
obsidione cingit , jocularibus , ut ajunt , addi-  
tis dicteriis , Se virginem Parthenopoli seu  
Magdeb. accepisse , Lipsiam vestitum debere ,  
Wittebergæ consecrationem peragendam , &  
Dresdæ nuptiale convivium celebrandum es-  
se.

In tanta calamitate , quod Cæsar Evan-  
gelicorum precibus non moveretur , uni-  
cum in armis præsidium supererat ; quod  
Serenissimus Saxonizæ Elector uti tandem  
compulsus est . Initô itaque cum Sveco fœ-  
dere ,

## 558 AEGIDI STRAUCHII

dere, atque hujus exercitui prope Witteber-  
gam concessō in alteram Albis ripam transi-  
tu, die VII. Septembris, non procul ab Em-  
porio Lipsiensi, eruentum committitur præ-  
lium, Cæsarianis Mariam, pro more, invo-  
cantibus, & Symbolō hōc: MARIA JESU con-  
juncta, utentibus, Saxonis verò atque Sve-  
cis, uni D̄eo se committentibus; nam No-  
biscum Deus eorundem erat tessera. Vi-  
disses tunc temporis agonizantis Germaniæ,  
pro libertate, vita & salute sua, conatus. Pa-  
latino Electorale diadema dudum ademerat  
Cæsar. Saxo & Brandenburgicus Victoris  
insolentiam jam experti erant. Svecorum  
copiis vel solō nomine, quod peregrinæ, in-  
ternectionem minabantur hostes. At trium-  
phavit tandem, post ancipitem conflictum,  
bona Electoris & confœderatorum causa,  
fugatō Tillii exercitu, & Præfectō ipsō vul-  
neratō. Ferunt ex utraque parte cecidisse  
XV. millia. Victores post hæc ita secum in-  
vicem convenerunt, ut Sveciæ Rex superio-  
rem Germaniam, Elector Saxoniarum, post re-  
cuperatam Lipsiam, Silesiam & Bohemiam  
sibi devincendas sumerent.

Utro-

Utroque autem victoria armæ passim circumferente, Pontificiæ Religioni addicti Principes de novo cogitarunt exercitu, cui præficitur denuò Albertus Wallensteinius, Friedlandiæ Dux, socios nactus Jacobum Gallasium, & Sultensem Comitem. Tillius quoque laceras collegit copias quidem, at vulnere, anno sequente, ad Lycum, accepto, Ingolstadii decepsit. Tandem, post varias clades, Cæsariani milites Electoris Saxoniæ ditioñes aggressi sunt, Henricô Holkiô, Nobili Danô, & hostilis Exercitus Tribunô, agrum Dresdensem vastante, & Lipsiam dum occupante. Quare Sveciæ Rex, de Saxoniæ periculo certior redditus, acceleravit suppetias, & prope Lutzenam oppidum, per duo milliaria à Lipsia distantem, hostem offendit. Committitur die 6. Novembris, anni 1632. post dispersas nebulas, cruentum prælium, in quo Rex ipse met, animosè certans, acceptis aliquot vulneribus, incerto tamen autore, ne quis facinoris gloriam aucupari posset, occubuit. Victoriam nihilominus Evangelici obtinuerunt, qui, ne inultum

Aa 4 per-

periisse Regem paterentur, magnam Cæsarianorum ediderunt stragem, & Pappenheimum, aciem instaurantem, cum Abbatे Fuldenſi, qui ſpectandi gratiâ accesserat, ne- ci dederunt, hostemque è Saxoniæ Electoris ditionibus expulerunt. Commendata in- terim Axilio Oxenſternio, Regni Sveciæ Cancellario, Christinæ, filiæ Regis septen- nis, cura eſt, exercitum verò gubernavit Bernhardus, Dux Vinariensis, incomparabi- lis Heros.

Eodem 1632. anno Elector Palatinus Fridericus, qui oblatam ſibi Majestate in re- giam acceperat, (unde malorum omnium origo) mortalitatis explevit leges, relictis decem ex Elisabetha Britannica liberis im- puberibus, quorum nomine frater Friderici, Ludovicus Philippus, regimen ſuscepit. Po- loniæ item Regi Sigismundo mortuo ſuc- ceddit Uladislaus filius.

In Germania bellorum cura primaria erat; Perſequebantur enim Svecorum co- piæ & Electorales Saxonici fugitivum ho- stem, datis hinc inde atque acceptis quoque cladibus. Interea Albertus, Fridlandiæ Dux, quem

quem Wallensteinum vulgo vocant, defensionem à Cæsare meditabatur, vel quod desideraret Bohemiæ coronam, vel quod sui exauctorationem metueret, è defensore proditor factus. Infelix tamen hic ausus fuit, & in perniciem cessit perduellum. Annō enim 1634. die 15. Februarii, Dux Fridlandiæ, Tertskius, Kintzkius & alii, Egræ ad cœnam vocati, interempti sunt omnes, Lesslæ, vigiliarum Præfecto, cum Hybernis & Scotis suis, uti nonnulli tradunt, excidii hujus autore. Attulerunt iidem Ducis Fridlandiæ conatus, proditi jam, Franciso Alberto, ejusdemque Fratri, Henrico Julio, Ducibus Saxoniarum, diuturnam captivitatem, illō ad conventum Egranum properante, hoc verò eam ob causam, pro criminis sociō à Cæsarianis habitō, quod Alberti frater esset.

Confirmatæ porrò Cæsaristæ partes sunt Nordlingensi victoriâ, quam anno 1634. natus, Horniō ipsō, Svecorum Præfecto, & Cratziō, qui Ingolstadii nuper Præfectorus fuerat, à Cæsarianis ideò occisus, in acie captis. Cecidere tamen è Cæsareanis quoque non pauci, Octavius Aldobrandi-

Aa 5 nus

nus nempe, Magnus Prior militia Melitensis, Sylvius Piccolomineus, aliquis. Ceterum acceptam calamitatem Protestantes quidam consiliis Bernhardi, Ducis Vinariensis, adscripserunt, quem svasisse referunt, ut prælio decerneretur.

Postquam Status Imperii, Religioni Pontificiæ addicti, animadverterunt, violentiam expugnari non posse generosos animos, & quiiores tandem pacis conditiones Electori Saxonie, nomine Statuum Evangelicorum in arduo illo negotio occupatos, proposuerunt. Summa erat, intestino Germaniae bello, victis pariter & victoribus extioso, finem maturè imponendum esse; Ordinatis rebus plenisque, uti anno 1627. die 12. Novembris fuerant; à Maximiliano tamen, Bavaria Duce, & Linea ipsius Wilhelmiana, Electoratum Palatini retinendum, viduæ Friderici restitutâ dote, & Filiis ejusdem præbito alimento. Megopolitanis quoque Ducibus regiones avitas promisit Cæsar, si hanc pacem probaverint, nec non Ducibus Brunsvicensibus Wolfferbytum, quibus simul mandatum, ut quater centena millia Imperia-

perialium Tillianis solvant hæredibus. De-  
cretum insuper est, ut consentientes in hanc  
pacem vires & consilia conjungerent, quò  
exercitus peregrinus, Svecorum imprimis,  
ex Imperii finibus ejiceretur, sive transactio-  
ne pacatâ, sive apertâ vi, à *Cæsar is et sa-  
cri Romani Imperii Exercitu*  
(hic titulus erat Copiarum) adhibendâ.  
Conclusum denique est : Pacificationem  
hanc, inter Cæsarem & Electorem Saxoniæ,  
pro toto Imperio initam, in nullum Imperii  
aut Statuum ejus præjudicium, vel exem-  
plum etiam, cessurum esse, & quod necessitas  
jam postulasset ita fieri, deinceps non nisi in  
generalibus Imperii conventibus perficien-  
dum &c. His ipsis conditionibus, & simili-  
bus quibusdam, Pax Pragæ inita est anno  
1635. die 26. Maii, & paulò posteà publicè  
proclamata.

Etsi verò Sveci à transactione ista non  
omnino excluderentur, indignè tamen  
secum actum esse conquesti sunt, cùm  
Protestantium rem tantis incrementis  
auxissent, & ipsissimum Regem etiam,  
pro Germaniæ salute fortissime pugnan-

Aa 6 tem,

tem, amisissent in pugna. Quare Pragensis pax illa nova bello ansam dedit, in Comitiis Stockholmiensibus decreto, in quo Cæsar & oppressas Germaniæ partes Serenissimus Saxoniæ Elector defendendas unâ suscepit. Imperatori verò & Hispaniarum Regi bellum indixit Galliarum Rex, Ludovicus XIII.

Insimul Polonum inter atque Sveciæ Status induciæ , prius initæ , ad viginti sex annos usque prolongabantur , restitu- tis Poloniæ regno civitatibus , quas , in Prussia præsertim , Sveci anteà retinue- rant. Friderico, Regis Daniæ filio, Epi- scopatus Bremensis offerebatur , & Augu- stus, Saxoniæ Dux, Archi-Episcopus Mag- deburgensis , anno sequenti , solenniter introducebatur. Belgæ cum Hispanis a- criter de summa rei disceptabant , Bre- dam & alia munita oppida occupantes, Augusta tamen Trevirorum , unâ cum E- lectore, ab Hispanis capta est. Ferdinandus III. Secundi filius , evehebatur in soli- um Romani Imperii , parente anno 1637. die 15. Februarii , mortuô , aduersus quam ele-

electionem atque coronationem Carolus Ludovicus Palatinus protestabatur. Ducum Pomeraniæ linea, post successione septingentorum annorum, in Bogislao XVI. eodem anno finiebatur. Poloniæ Rex cum Cæcilia Renata, Ferdinandi III. sorore, & Johannes Georgius II. Saxoniam Dux, Dominus noster clementissimus, cum Magdalena Sibylla Brandenburgica nuptias celebrabant. Brisacum, Germaniæ claustrum, occupabat Bernhardus, Vinariensium Dux, cui Rex Galliarum aurum & milites commodabat. Sed paulò post, anno nempe 1638. ex hac vita decessit Heros ille belli gloriâ & rerum feliciter gestarum magnitudine clarissimus. Inter Persiæ Regem & Holsatiæ Ducem per Legatos de commerciis agebatur. Denique inter Svecos, Cæsaris & confœderatorum cohortes, prope Demitium & Witstochium, in Pomerania item, & passim alibi, acerrime pugnatum est.

Hispanorum res tunc temporis non parum afflictæ erant. Nam Cataloniæ principatus, claustrum atque munimentum

Aa 7 tum

tum Hispanici Imperii contra Gallos, ob  
sævitiam militis, qui ibidem hybernaverat,  
cum remedium aliquod ex aula frustrè spe-  
rassent Subditi, tandem ad Gallos defecit,  
præeunte Barcelonâ, munitissimâ civita-  
te.

Accessit ad calamitatem hanc Lusita-  
norum defectio, qui excitati, ut perduelles  
Catalanos opprimerent, & Olivario Pro-  
Rege segnius agente, arma adversus Regem  
Hispaniæ arripuerunt, substitutô in locum  
Philippi IV. Johanne IV. è domo Braganti-  
na, (quæ, per multas affinitates, veterum Lu-  
sitaniæ Regum prosapiæ conjuncta erat,)  
oriundo. Secuti sunt continentis exem-  
plum Atlantici & Indici Oceani Insulæ, quas  
nomine Regis Portugaliæ Hispanus possi-  
debat. Confirmarunt quoque novi Regis  
potentiam fœdera, quæ cum Belgis, Gallis  
& Anglis iniit. Felicitatem verò turbabat  
non parum, quod Edwardus, novi Regis  
frater, Viennæ captivus detineretur. Acci-  
dit mutatio hæc anno 1640.

Cæterum Galli lætitiam, quam è de-  
trimento hostis sui Hispani capiebat, mo-  
tus

tus in regno orti minuebant. Lotharingiæ enim Dux in Gallorum castris se in posterrum pugnaturum Lutetiæ promiserat quidem, magnis ob id acceptis muneribus, at paulò post Cæsarem secutus est. Augebat vicissitudines Joannis Armandi Cardinalis, Ducis Richelii, mors, quo nemo majora unquam in Galliis ausus est, nemo majora, sub auspiciis regiis, bella gessit, & sub quo maxima foris res Gallica accepit incrementa; captâ propemodum Alsatia omni, Lotharingiâ domitâ, Catalonia in ditionem Gallorum redactâ, Belgio Hispanorum territô, & validissimis aliquot ejus civitatibus expugnatis. *Boxhorn.*

Cardinale anno 1642. mortuô, Rex ipse Ludovicus XIII. diu superstes non fuit, nam & ipse anno 1643. die XIV. Maji, (quô ante annos XXXIII. Henricus, Pater ejus, à Sicario confossus est) fato concessit; Successorein nactus filium primogenitum, Ludovicum XIV. cui, tres annos circiter nato, sacramentum quidem dixerunt subditi, & matrem intercà pro Regino declararunt; Nihilominus gravissimi motus

motus interni, quod fieri solet sub Rege mi-  
norenii, Galliam turbarunt.

In Germania armorum strepitus non-  
dum cessabat. Etsi enim Ratisponæ, anno  
1640. & sequente, haberentur comitia, vix  
tamen aliud quid tunc quidem peragi po-  
tuit, quam quod Monasterium, & Osnabru-  
gum, Westphaliæ civitates, ad transactio-  
nem destinatæ fuerint. Intereà Sveci arma  
sua victoria passim circumferebant, Lam-  
bojum, hyberna in Germania quærentem,  
cæsō ejus exercitu, anno 1642. ceperunt; Si-  
lesiam sub novo copiarum Rectore, Leon-  
hardo Torstensohnio, vastarunt, Franciscō  
Albertō, Duce Lauenburgicō, prope Svvi-  
nitium victō & lethaliter vulneratō. Ol-  
mizium, Moraviæ metropolim, ab Italo quo-  
dam Miniato malè defensam, sine difficulta-  
te occuparunt. Tandem anno 1642. ad-  
ventante hyeme, in agro Lipsiensi, ventum  
est ad prælium, in quo Sveci superiores fue-  
runt. Atque Cæsaris copiæ, sub Ducibus  
Leopoldo Wilhelmo, Cæsaris fratre, &  
Octavio Piccolomineo, Comite de Arago-  
nia, à Svecis cæsæ partim, partim captæ & in  
fugam

fugam actæ sunt. Culpa in equitatum conjecta est, qui prærapidâ fugâ usus pedestrem aciem hostis permiserit arbitrio. Cladem hanc sequebatur paulò post & arcis primùm, post & urbis Lipsiæ deditio. Freiberga, Hermundurorum civitas, fodiinis metallicis celeberrima, diutius obstitit, & vi-ctorem frænis coercuit, usque dum, Cæsarrianis denuò adventantibus, victo similis, obsidionem solvere coactus est.

Incidit in annum 1644. mors Urbani VIII. Pontificis Romani, qui, postquam per XXI. annos Pontificatum gesserat, & confirmaverat Ordinem Equitum Gloriæ Conceptionis Immaculatæ Virginis, Jubilæum etiam celebraverat, & Andream Corsinum, Nobilem Florentinum, Carmelitam & Episcopum Felisanum, anno 254. ab ejus obitu, adscripserat Di-vis, consecraverat etiam Ecclesiam Vaticanam, pluries renovatam à Pontificibus, & multa alia gesserat, anno ætatis septuagesimō septimō, decessit. Successorem nactus Innocentium X. Romanum, dictum Pamphilium, Jansenismi oppugnatores, uti postea dicetur. *V. Francisci Car-*

Inter hæc novæ in Holsatia turbæ oriebantur ; Bellum enim Hamburgensibus à Rege Daniæ denunciabatur, quod multipli-ci injuriâ affecisse Regem & subditos ejusdem dicerentur. At solutâ pecunia summâ pacem redimere Hamburgenses invaluerunt, quam armorum vim experiri. Neque tamen hac ratione composita est Holsatia. Nam paulò post adversus Daniæ Regem, relictâ Saxoniam, arma subitò moverunt Sveci , allegantes causas sequentes ferè: Quod Daniæ Rex diceretur fœdus cum Moscho & Polono , in perniciem Svecorum , iniisse ; item , quod in freto Danico portoria seu vectigalia pro lubitu augeret, non sine ingenti commerciorum detrimen-to, & pacti olim initi violatione &c. Quare Rex ipse , qui componere Germaniæ res cogitabat, dubio implicatur bello, Torstensohnio Holsatiæ & Jutlam , Hornio , domestico milite, Hallandiam, classe verò navalii Bornholmiam insulam invadente , & quamvis hæc ipsa, à Danica classe, fugata, atque

que Dux Flemingus occisus fuerit , paulò  
pòst tamen, Batavis, ob communem navi-  
giorum causam , Svecis opem ferentibus,  
prope Femeram , Danica classis succubuit,  
multis demersis, aliquot captis, cæteris in fu-  
gam actis navibus , quæ Victoria Carolo  
Gustavo Vrangelio , Svecorum Præfecto,  
ingentem peperit gloriam.

Quò tempore de inaris Dominio Da-  
num inter atque Svecum pugnatum est acri-  
ter, Transylvaniæ Princeps, Ragotzkius, in  
Hungariâ movit, Protestantibus opitulatu-  
rus, qui injurias à Romanensibus patieban-  
tur, & occupatâ Cassoviâ, aliisque oppidis,  
receptis item Turcicis copiis, victor extitit,  
Buchemio & Getzio, Cæsaris Ducibus, in-  
ter se dissentientibus, & altero alteri parere  
detrectante.

In Bohemia non minus Cæsaris res  
calamitosæ erant ; commissô enim ; Pra-  
gam inter & Pilsenam , cum Svecis præ-  
liò , in quo Getzius occubuit , Hatz-  
feldius captus est , Viennæ , Cæsaris se-  
di , terrorem incussit Torstensohnius , ut  
Conjux Cæsaris , & quæ cuique carissima,

in

in Stiriam Carinthiamque avehere timor  
jusserit.

Utut autem anno 1645. Austria, Du-  
catus Bremensis & alia loca, militum experta  
sint ferociam, præ reliquis tamen eundem  
felicem æstimamus, quod eo ipsò Transyl-  
vanum inter atque Cæsarem lites compositæ  
sint, pacificâ transactione initâ, quæ Cæsari  
quidem parum emolumenti afferre videba-  
tur, sed necessitati tamen erat cedendum.  
Porro Daniæ Rex exemplum Transylvani  
subito secutus est, factâ, ad instantiam Sta-  
tuum Regni, Bromsebroensi pace, & Svecis  
fines Regnum, vi hujus conventionis, am-  
pliantibus. Ad hæc Saxoniæ Elector, Cæ-  
sare ipsò non abnuente, inducias cum Svecis  
iniit, quod exemplum anno 1647. Bayarus  
secutus est, territus armorum Svecicorum,  
sub Duce Vrangeliô, (in locum Torsten-  
sohnii, podagrâ & aliis morbis confecti, ce-  
terum famæ saturi, suffecto) felicitate. Ne-  
que enim Germaniæ tantum, sed Italiæ ipsi  
exitium minabantur eadem, patefactis Bri-  
gantinis Alpibus, & Duce Escherô, cum mul-  
tis aliis, in ripa lacûs Acronii, captis.

Interea

Interea Thorunii, quæ Borussiæ civitas est, autoritate Regis Poloniæ, de rebus fidei, colloquium institutum, & eodem anno 1645. cœptum est, Lutheranos inter, Reformatos ac Pontificios. Et Confessus quidem Augustanæ Confessioni invariatae addicti Director, Theologus de universa CHRISTI Ecclesia meritissimus, Dn. D. Johannes Hulsemannus fuit, Wittebergâ ad id evocatus. Ex parte Reformatorum verò Johannes Bergius, Ecclesiastes Brandenburgicus, primas tenebat, socium nactus D. Georgium Calixtum, sed cum illa protestatione, se in materia Sacramentaria, de Prædestinatione, & aliis doctrinæ Christianæ capitibus, cum Reformatis non facere. Pontificiorum denique cœtui præerat Georgius Tyszkiewicz, Episcopus Samogitiæ. Cæterum felici eventu hoc institutum caruit; Neque enim ad rem perventum est, nedum, ut adversarii, errorum convicti, eosdem rejicerint, & pacem in veritate nobiscum injerint.

Quô tempore Religionis dissidium componi voluit Poloniæ Rex, eodem ferè auctum est; Annô enim 1646. occasio-

ne

574 **ÆGIDI STRAUCHII**

ne disputationis cuiusdam de Prædestinatione, Respondente Johanne Latermanno, in Regiomontana Academia propositæ, & à B. D. Cælestino Mislenta publicè impugnatæ, ab extraordinariis verò Professoribus ibidem, D. Michael Behmio & D. Christiano Dreiero defensæ, infelicissimæ turbæ in Ecclesiis Lutheranis excitatæ sunt, culpâ Helmstadiensium Theologorum quorundam, à quibus dogmata sua Latermannus hauserat, quem etiam, ut discipulum suum, Calixtus defendere conatus est, neglectis Orthodoxorum frequentissimis admonitionibus & precibus etiam. Accessit erroribus reliquis Synergistica Conradi Horneii disputatio *de Summa Fidei non qualislibet, sed quæ per Charitatem operatur, necessitate ad salutem*, in qua Auctor Majoristicam phrasin: *Bona opera sunt necessaria ad salutem*, defendere conatus est. D. Georgius Calixtus etiam Dissertationem de quæstionibus: *Num mysterium sanctissima Trinitatis soli-*

solis veteris Testamenti libris possit demonstrari; & num ejus temporis Patribus Filius Dei in propria sua hypostasi apparuerit, cum appendice, itemque fanatica scripta alia ingenti cum scandalo edidit, ita, ut demonstratum sit ab Orthodoxis Theologis, non in paucioribus, quam LXXXIX. Punctis, à doctrina Ecclesiæ, γνωσιος Lutheranæ, Novatores Helmstadienses recessisse, atque ideo nec dignos amplius esse, qui Lutherani dicantur. Confer Consensum Reperitum à me vindicatum.

E Calixtinorum Scholis Syncretistæ innumeri egressi sunt, qui Ecclesiam Lutheranam afflixerunt magis, quam professi ejus hostes. Imprimis vero Rintelenses quidam Theologi, in Colloquio, quod cum Calvinianis Marburgensibus anno 1661. mense Julio, Cassellis habitum est, ita cum Adversariis Orthodoxæ Fidei transgerunt, ne altera pars alteram propter dissensum in questionibus residuis traducat, convitiis proscindat, aut damnet,

sed

sed se mutuò sincera & frater-  
nà charitate cōpletantur; U-  
triq; parti addicti etiā ad hoc  
disponantur, quò se in vicē pro  
eiusdē ver & Christi Ecclesia & Ca-  
tholicā mēbris, ver & q; et salvi-  
fic & in Christū fidei Cōsortib. at-  
q; vit & aetern & cohæredib. agno-  
scant; q duratur & Pacis et Con-  
cordia Ecclesiastic & stabienda  
et cōseruāda & verū mediū et fir-  
miss. vinculū futurū sit. Quod  
ut tātō felicius procedat, de hoc  
quoq; cōvenit, pastores utrius-  
q; partis cōtroversias istas p cō-  
cione tractare o debere. Quod  
si textus aut alia necessitas exi-  
gere videatur, ut ipsū dogma-  
tan-

tangatur & explicetur, nō nisi  
summacū modestia id fiat, dis-  
sentientium nulla fiat mentio,  
nullū ipsis verbū duriusculum  
excidat, quō exosi apud plebē  
fiant, minus acerbē eorum sen-  
tentia exagitetur, nō affingan-  
tur aliena, consequentia non  
agnit & nō imputentur, sed sim-  
plex solū veritatis declaratio  
& confirmatio ex Scriptura  
proferatur, eo que præcipue spe-  
ctent verbi divini præcones, ut  
populūm quæstionib. difficilio-  
rib. & captū ejus superantibus  
non turbent &c. Vide Relationem de  
hoc Colloquio editam, & Wittebergensium  
Epicrisim de eodem.

Inter Pontificios non minus intestini

Bb

motus

motus oborti sunt, occasione quæstionis,  
*de Auxiliis & modo operandi  
gratia divine.* Nam Cornelius Janse-  
nius, Ypresensis in Flandria Episcopus, ordinis  
Præmonstratensium, scripsit de *OEcono-  
mia gratiæ* tomos tres, quibus Augusti-  
ni titulum præfixit, ideo, quod Augustini  
(cujus scripta omnia decies, de Gratia verò  
& Libero Arbitrio tricies legisse dicitur) sen-  
tentia genuina in iisdem contineatur. Da-  
mnat hic Scriptor tum in genere SCHOLA-  
STICAM THEOLOGIAM, vulgo sic dictam,  
quod in eadem Epicuræa, Platonica & Pelas-  
giana dogmata proponantur, tum in specie  
in Scientiæ Mediæ autores SVAREZIUM, FON-  
SECAM, MOLINAM, LESSIUM &c. invehitur,  
ipse verò plerasque Calvinianorum opinio-  
nes suas facit, & ex Augustino deducere co-  
natur, *Gratiæ operari irresistibili-  
biter, esse particularem, etiā  
ex intentione Dei antecedente;*  
*nullam esse sufficientē, nisi qua  
actu*

*actu secundo beatitudinē consummat, Christum pro omnib.  
hominib. mortuum nō esse &c.*

Prodiit Scriptum hoc bienniō post autoris obitum, anno 1640. & non tantum à privatis Scriptoribus, Dionysio Petavio, Isaaco Haberto, Antonio Richardo, Francisco Annato, Petro de S. Joseph, Philippo de Sanctissima Trinitate, Ripalda, Brisacerio, Seby le & aliis oppugnatū est, sed Urbanus VIII. quoque Bullam anno 1641. edidit, in qua ieiros Jansenii damnavit, quod contineantur in iisdem phrasēs, à Pio V. in Michaeli Bajo Lovaniensi, anno 1567. damnatæ. Repetiit hanc constitutionem Innocentius X. anno 1653. idemque postea fecit Alexander VII. Enimvero Jansenium defenderunt Libertus Fromondus, Successor Jansenii in Cathedra Lovaniensi, Curio, Parisiensis Theologus, & Sorbonistæ plerique, Archi-Episcopus item Mechliniensis, Belgii Primas, cum reliquis Episcopis & Provinciæ Generalibus, Bullam Pontificiam ob- & subreptionis arguit: Ediderunt item Jansenii fautores de-

Bb 2 fen-

580 AEGIDII STRAUCHII

fensionem Belgarum, contra  
Evocationes & peregrina fu-  
dicia, item: *Jus Belgarum con-  
tra Bullarum Pontificiarum  
receptionem*, quæ conjunctim impri-  
mi curavit Pseudonymus quidam, quise Nu-  
MAM SEDULIUM vocat.

Sed nec Calvinianorum Ecclesiæ intesti-  
nis turbis caruerunt, ortâ præter Supralapsa-  
rios, & Sublapsarios, novâ Hypotheticorum  
Sectâ; Hujus autor Johannes Camero fuisse  
dicitur, interpolator verò præcipius Moses  
Amyraldus, qui in libro de Prædestinatione,  
Specimine, & aliis, universalitatem Gratia  
divinæ asseruit quidem, explicatam verò hoc  
modo: *Deum velle omnes homines salvos fieri, si credant, nolle autem eis dare, ut credant.*  
Quæ sententia, cum principiis, à Calvinianis  
vulgò receptis, adversa sit, oppugnarunt  
eandem Fridericus Spanheimius, Andreas Ri-  
vetus, Petrus Molinæus & alii, tanta cum ve-  
hementia, ut Autorem ejusdem accusarint  
*misericordia divinae conspur-  
catæ,*

catæ, risui expositæ, et in immam-  
nem crudelitatem atque injus-  
stiam mutata. Amyraldus vicissim  
hostes suos **capitales** & irreconcili-  
biles inimicos **Gratiæ Christi**  
vocat. Pax equidem inter partes, autoritate  
Principis Tarentini, confirmata videbatur;  
At Johannes Dalæus, editâ Apologiâ pro  
Alensonensi, anno 1637. & Carentonensi,  
anno 1645. celebratis, de hac causa, Synodis,  
litem hanc de novo reliquis Calvinianis in-  
tendere est ausus.

E Calvini Schola prodiit ante paucos  
annos **ISAACUS PEYRERIUS Gallus**, è fa-  
milio Ducis Condæi unus, qui librum,  
variis erroribus refertum, de **PRAE-ADAMITIS**  
edidit, homines ante Adamum ex-  
titisse asserens, & huic hypothesi impias  
opiniones superstruens; Impressus qui-  
dem sacerrimus liber anno 1654. demum,  
at diu antè in Belgio visus est, cùm per  
plures annos, in condendo hoc scripto,  
autor laborarit. Cæterum Autore Bru-

Bb 3 xel-

xellis anno 1656. captô, & in carcerem de-  
trusô, libertatem suam, ejuratione secte Cal-  
vini, & Libri de Præ-Adamitis execratione,  
recuperare coactus est. *Vide ejusdem Per-  
rerii Epistolam ad Philotimum anno 1658.  
editam.*

Redimus ad historiam rerum in foro  
gestarum. Turcicus Imperator, conscri-  
ptô copiosô milite, quem universus timebat  
Christianorum Orbis, subitô & nulla belli  
denuntiatione præviâ, anno 1645. Veneto-  
rum invasit ditiones, & Caneam, portu &  
munitionibus celebre in Insula Creta oppi-  
dum, post bimestrem obsidionem, nec non  
alia Insulæ ejusdem fortalitia, iisdem ademit,  
variis cladibus hinc inde acceptis. Candi-  
am tamen veterem, Metropolim nimirum  
Insulæ, fortiter in hunc diem usque Veneti  
defendunt. Ejusdem belli exitus quis fu-  
turus sit, ignoramus, fausta quævis, invictæ  
Reipublicæ, quæ tam immani hosti per tot  
annos fortiter obstitit, ex animo precantes.

De Hispanis dictum est antea, uti  
Cataloniam omnem ferè atque Portu-  
galliam amiserint ; in Flandria felicio-  
res

res non erant , Grevelingâ & Duynkerkâ , nobilissimis portibus , à Gallis , ope Batavorum , captis. Maximè omnium periculosi erant Siculi & Neapolitani motus , circa annum 1647. oborti. In Sicilia quidem Proregum Hispanorum superbiâ , aucta vectigalia , tributa , aliaque onera , quibus opprimi , penitusque extingui libertas , rapinæque ac prædæ esse , & publicæ omnium , & privatæ singulorum res ac fortunæ , videbantur , Marchioni Vilesio , qui genti huic , Pro Regis titulô , tunc præcerat , exitium dubio procul attulissent , nisi is diplomatis statim vulgatis , de tollendis vectigalibus , tributis , & oneribus adeò omnibus , ac eorum , quæ per tumultum gesta erant , oblivione oblata , pacem impre trasset. Neapolitani , cognitô cō tam lœtô motuum in Sicilia fine , iisdem de causis , adversus Rodericum Pouzium , Ducem Arcosæ , Proregem , arma sumserunt , autore turbarum Thoma Aniellô , Amalfiô , vulgo Mariô Aniellô dictô , qui pisces capiendo vendendoque alere fa-

## §84 AEGIDI STRAVCHII

miliam haec tenus conservaverat. Centum & quinquaginta hominum millia fuisse dicuntur, à quibus, imperante Aniello, impunè ferro flammisque, non aediculæ saltem, in quibus vectigalia solvebantur, cum omnibus literis, rationariis, mercibusque, exustæ sunt, sed aliquot palatia corum, quos vulgus oderat, cum omni supellestile, vastata ac eversa funditus sunt, sumptis atrocissimis de principibus civitatis viris suppliciis, qui libertati haec tenus adversati dicebantur; Coacto etiam Prorege, ut tandem in postulata plebis consenserit. Cæterum, qui Pater Patriæ & liberator passim salutabatur Aniellus, ignarus sui & prioris abjectissimæ conditionis, violenter agebat omnia, incendia Neroniana in urbe imitabatur. Tandem amentis similis ipse se omni potestate exuebat, & equiti Neapolitano, Fonsecæ, mandabat, ut Mar moreis tabulis hæc inscribenda curaret: *Aniellus, Princeps Duxque populi Neapolitani, mandat Neapolitanis omnibus, atque jubet, ut posthac solius Ducis Arcosii, Pro-Regis, iussa ac leges excipiant.* Ita è pescatore Rex, è Rege nullus, immisis percussoribus, desertus ab omni-

omnibus cæsus est, capite, Regis sesquihebdomadarii, à Lanione cultrō abscissō. Galli frustrà Regnum Neapolitanum hac occasione occupare cogitaverant, missō Gvisiō Duce, ne deesset populo rebelli, cuius imperio gubernaretur. Sed subeunte paulatim Neapolitanorum animos belli tædiō, nomine Regis Hispaniarum, in gratiam, ad officium redierunt subditi. Gvisius autem in fuga captus ab Hispanis est.

Annus 1648. dignus omnino est, cuius perpetua conservetur memoria, & qui in Annalibus aureis literis notetur. Etsi enim eodem arx Pragensis cum civitatis parte quadam, ex insidiis (quarum autor Ottenvalschius fuisse dicitur,) à cohortium Svecicarum Ductore, Königsmarckio nempe, capta fuerit; Etsi item post excessum Uladislai IV. Regis Poloniæ, inter fratres Johannem Casimirum & Carolum Ferdinandum, de successione in regnum, per eligentium suffragia, initio non satis convenerit, mox tamen pacata sunt omnia, & regnum Poloniæ cessit Johanni Casimiro, ut natu majo-ri, qui etiam Uladislai fratri viduam,

Bb 5

Lony-

Louysam Mariam Nivernensem, quam is  
paucis ante obitum annis duxerat, consensu  
Pontificis, conjugem accepit. At Germa-  
niæ res omnium felicissimæ fuerunt, initâ &  
confirmatâ Monasterii pace Belgas inter &  
Hispanos, qui per integrum seculum ferè  
secum invicem, adversis signis, conflictati  
erant, neque soli iidem, sed universa Europa  
propemodum in belli consortium adscita &  
implicata. Obtinuerunt tandem, pro qua  
arma sumferant, Belgæ libertatem, & Leo-  
poldus Wilhelmus, Archi-Dux Austriae, jam  
adversus Gallos duxit exercitum, qui paulò  
antè foederatas afflixit provincias. Sed nec  
reliqua Germania infelior fuit, quando in  
codem Monasterio-Osnabrugensi conven-  
tu, transactio pacifica, Cæsarem inter, ejus-  
demque confederatos, ex una, Svecosverò,  
& armorum socios, ex altera parte, consum-  
mata est. Pacis leges, quæ inter partes san-  
citæ sunt, Instrumentum, publicè editum,  
omnes edocet. Præter Amnestiam inju-  
riarum veterum, ut pauca dicam, Octavus in  
Germano Imperio Elector, (ne vel Maxi-  
miliani Bavari, vel Friderici Palatini, poste-  
rorum

rorū conditio esset deterior) tunc primā placuit. Sveci, prēter ingentē pecunie summam, magnam Pomeraniæ partem cum Bremensi Ducatu obtinuerunt, Brandenburgico Elec-tori, ad quem Pomerania Jure hæreditariō pertinebat, Episcopatibus quibusdam assi-gnatis. Cæsar verò, & qui castra ejusdem secuti sunt, occupatas ab hoste civitates atque regiones receperunt. Nemo non è Germaniæ halcyoneis ingens percepit gau-dium, præter unum Romanum Pontificem, Innocentium X. qui tūm per Nuntium ad Procerum Europæorum conventum desti-natum, Fabium Chisium, non semel prote-status est, Pacem hanc, cum maximo Sedis ac Ecclesiæ Romanæ damno initam esse, tūm, editâ de hac re Bullâ, ostendit sati-quām dispar sit Pontificis atque Divi Petri doctrina, quorum hic ad amorem mutuum, ille ad odia perpetua, auditores suoshorta-tus est.

Cæterū, quicquid ad consummationem Pacis Germanicæ faciebat, id omne in Con-ventu Norinbergensi, annô 1650. & se-quenti, Legati Statuum expeditum dedere.

Afferebant tunc temporis, quô de pa-  
ce agebatur, Hornhusanæ aquæ sanitatem  
aliis, aliis accelerabant mortem, prout di-  
versa erat diversorum corporum constitu-  
tio, quam cum attenderent perpauci, non  
poterant non funera misceri sanis.

In Regno Daniæ Christiano IV. Glo-  
riosissimæ memoriæ, anno 1648. succedit fi-  
lius FRIDERICUS III. Archiepiscopus olim  
Bremensis; (cujus Frater Christianus V. na-  
tu major, turbatô mortalitatis ordine, anno  
1647. deceperat. Fratrum minimus Ulti-  
cus, anno 1633. sicariô globô, in Silesia traje-  
ctus, occubuit.) Is post bellum Svecicum  
finitum anno 1661. die 17. Octobris, Re-  
gnum Daniæ, & quæ ad idem illud perte-  
nent, hæreditariô jure non tantum ad Sobó-  
lem masculam, sed, deficiente hâc, ad fœni-  
ninam etiam transmittendum, ab omnibus  
Regni Danici Statibus accepit.

Annô 1650. mense Octobri, CHRISTI-  
NEA, Gustavi Ado'phi filia, ab Archiepisco-  
po Upsaliensi, in solenni ordinum regni  
conventu, coronata quidem est, sed anno  
1654. regnum simul, atque Religionem  
Evan-

Evangelicam , pro qua optimus Parens, ad mortem usque pugnaverat , abdicavit, Successorem nacta CAROLUM GUSTAVUM, Gustavi Adolphi , è Sorore Catharina, nepotem , Comitem Palatinum Rheni, Bavariæ , Juliæ , Cliviæ & Montium Ducem &c. qui hactenus Exercitus Svecorum per Germaniam Generalissimus fuerat, electus anno 1650. Svecorum, Gothorum & Vandalorum Princeps hæreditarius. Christina postea Romam abiit, & à Pontifice magnificentissimò apparatu suscepta, nec non, post ejuratam orthodoxam Fidem , Sacramentò Confirmationis, quod vocant, signata est.

Cæterū, quanta Germaniæ nostræ, restitutâ pace , fuit felicitas , tam infelices ex adverso Britannici fuerunt motus, qui CAROLO I. exitium , ejusdem Filio, CAROLO II. multorum annorum exilium, aliis ignominiam, & Auctoribus funestis facinoris æternum opprobrium attulerunt. Prima hujus mali origo , à discriminatione & conflictu Episcoporum in Anglia , & Non-Conformistarum , seu Puritanis

## 590 AEGIDIUS STRAUCHII

ritanorum, merito deducitur. Cœpta nimis  
ram sub HENRICO VIII. Reformatio est in  
Anglia, quæ tamen non tam Doctrinam,  
quam Personam Papæ, concerne videba-  
tur. Huic enim Primatus titulus deroga-  
tas, & Regi ipsi, CAPITIS ECCLESIAE cogno-  
men, appositum. EDOARDUS, Succe-  
sor Henrici, ope Knoxi, Hooperi, Martyris,  
Buceri & simillimum, ipsam etiam fidei doctri-  
nam immutare aggressus est; Sed cum ille  
anno 1553. nondum sedecim annos natus, de-  
cesserit, MARIA, quæ seculi sui Alecto dici  
consuevit, Papatum in Anglia instaurare  
omnibus viribus conata est. Huic anno 1558.  
mortuæ Soror altera, ELISABETHA, succe-  
sit, cujus iussu proscripti iterum Papico-  
læ sunt, & ad eam formam omnia revoca-  
ta, quam sub Edoardo habuerant, id est,  
retenti sunt Episcopi, qui ad nutum Re-  
ginæ, quicquid ad Ecclesiam pertinet, gu-  
bernabant; Cærimoniaræ etiam receptæ  
sunt, quæ Reformatis alijs non placent, ut  
*genuflectio in Cœna Domini,*  
*Usus Baptismi & Eucharistie.*

in

in privatis ædibus, celebratio  
festorū ultra dies Dominicos,  
& id genus alia, quæ ut reliquias & characte-  
res Papatūs ii aversabantur, quos Puritanos  
appellabat, itemque *Non-Conformistas*, at-  
que hi Episcoporum in primis autoritatem  
voletabant abolitam, quod libertati consciencie-  
tiarum adversa videretur. Episcopos Regina  
defendebat; Cum puritanis è plebe plurimi  
faciebant, sed regiâ potestate territi, quietè  
tamen vivebant. Elisabethæ anno 1602. æta-  
tis 70. regni 45. in cœlibatu mortuæ, succes-  
sit JACOBUS VI. Rex Scotiæ, Margaritæ, So-  
roris Henrici VIII. quæ Jacobo IV. Sco-  
tiæ Regi, nupserat, Pronepos, quem M A-  
G N Æ BRITANNIÆ REGEM vocârunt,  
quod tria Regna, Angliæ, Scotiæ & Hiber-  
niæ, obtinuisset. Sub Jacobo igitur Eccle-  
siarum Status idem ferè permanxit, qui sub  
Elisabetha fuerat, nisi quod ritus quidam,  
olim liberi, necessarii fieri inceperint,  
quod multò magis, sub CAROLO I. qui  
anno 1625. Parenti suo successit, factum  
est, in primis, quando Rex Formula R i-  
tuum,

## 592 AEGIDI STRAUCHII

tuum, sub nomine LITURGIAE edidit, usus  
in hac re Gvilielmi Landi, Episcopi Cantua-  
riensis, operâ, cuius temporibus totus ferè  
Papatus, quoad doctrinam & ritus, in An-  
glia reductus dicitur, unde Landus ille illau-  
datum nomen meruit. Scoti igitur oppo-  
suerunt se acrius, & Librum, Liturgiae adver-  
sum, sub Titulo, HARMONIAE CONFE-  
SIONUM, ediderunt, quem armis etiam  
adversus Episcopos & Regem ipsum, anno  
1639. defendere cœperunt, Edenburgum in-  
primis, Scotiæ metropolim, ejusq; Regio-  
milite, suæ factioni addictis copiis munien-  
tes, trahentesque in societatem armorum  
Anglos etiam, quorum major pars Episco-  
pis invidebat, ferebatque ægræ, quod in Re-  
ginæ Gratiam, Henriettæ Mariæ, Henri-  
ci IV. Galliæ Regis filiæ, Pontificii Docto-  
res liberalius haberentur. Et quamvis, ut  
sopirentur hæ turbæ, Parliamentum seu  
Conventum Procerum Angliæ, anno 1641.  
indixisset Carolus, exacerbati tamen magis  
Puritanorum animi sunt, & Scoticum poti-  
us approbarunt fœdus, quam ut Regiæ au-  
toritati consuluerint. Imò, cum Parla-  
men-

mentum ita stabilitum esset, ut etiam Regis voluntate non posset dissolvi, omnia pro arbitrio ejus sunt decreta, & inter haec *Thomas Wentwort*, Comes Staffordiae, ac Hiberniae Pro-Rex, ad supplicium capitis condemnatus est, cui sententia *Carolus Rex*, invitus tamen, subscripsit; Decollatus igitur Comes Staffordiae est anno 1641. die 22. Maii, & idem expertus supplicium *Wilhelmus Laudus* anno 1645. die 10. Januarii. Non parebat amplius Regio mando miles, sed Parlamenti nomine *Thomas Fairfax* illi imperabat; Portus arcesque occludebantur Regi, & Soboli ejus. Vettigalia & portoria Parlamentum ad se trahebat, ne huic deesset rerum gerendarum nervus, pecunia. Et quamvis Rex vim vi opponere pararit, assecras tamen, praeter paucissimos, praesertim Religioni Pontificiae addictos, atque ob id vulgo exos, non habuit, ut ita multitudine & armis prævaluerint, qui Regi erant adversi, in primis, postquam Eboracum urbem, à Parliamentariis obsessam, liberare Regius milites infeliciter tentayerat.

In

In his igitur angustiis constitutus Angliae  
Rex, cum videret, Oxoniā, quæ sola adhuc  
regiō præsidio tenebatur, defendi à se vix  
posse, ad Scotorum castra transiit, quos  
æquiores erga se futuros esse sperabat, quo-  
niā in Scotia lucem primū viderat, & à  
Regibus Scotiæ descendebat. Enimverò  
Scoti, acceptâ à Parlamento Anglicano pe-  
cuniâ, tradiderunt Regem Anglicanæ mili-  
tia, eâ lege, ut conditionibus æquis cum ipso  
transigerent, eundemque in dignitatem pri-  
fam restituerent. Sed alia omnia evenere.  
Accusatus enim Carolus, quod Parlamenti  
autoritatem, excitato bello civili, abolere  
voluerit, & peregrinum induxerit militem,  
nec non alia indigna bono Principe egerit, à  
Judicio Sangvinario, seu novo Justitiæ Tri-  
bunali (quod dicebatur) è rebellibus & sedi-  
tiosis hominibus, qui INDEPENDENTES ap-  
pellantur, (quoniam ipsi à nullo, sed omnes  
alios à se dependere volunt) intercedenti-  
bus frustrà Scotorum, Belgarum & aliorum  
Principum Legatis, ut Tyrannus & hostis  
Patriæ ad supplicium capitis condemnatus,  
& anno 1649. Februarii die 9. more  
Angli-

Anglicanō , securi percussus est. Quod fatum etiam experti sunt Regiis partibus addicti. Proles Regia proscripta deinceps , & fractis Sigillis priscis , constitutoque STATUS CONSILIO , cuius Princeps erat OLIVARIUS CROMWELLUS , nova Reipublicæ forma introducta , cusaque moneta est , cuius inscriptio : RES PUBLICA ANGLICANA . Subacti deinceps Hiberni sunt , profligatō Ormundo , Regii exercitū in Hibernia Duce. Et quamvis Scotti Carolum II. Regem proclamarint , eundemque è Belgio ad se vocarint , coronarintque Schonæ anno 1650. die II. Januarii , eodem tamen anno , superatō cæsoque novi Regis exercitu , prope Vigornium , vix evasit exitium Carolus , quod Cromwellus ei decreverat , qui per eandem victoriam novam Reipublicæ formam suamque autoritatem non parvum confirmavit , ut anno 1653. in Comitiis publicis , ANGLIÆ , SCOTIÆ & HIBERNIÆ RE-RUMPUBLICARUM PROTECTOR appellatus fuerit. Et quamvis Anglorum & Scotorum plurimi Regiis partibus essent addiqt*i*,

tan-

tanta tamen Cromwelli fuit astutia , ut conatus eorundem omnes inanes reddiderit. Immò bella etiam extra Britanniam gerebat, cum Batavis primū, quibus liberiorem & quæstuosam navigationem invidebant Angli, & cum iisdem Duce Blaeckio, non procul ab Hollandiæ littore, anno 1652. navalem habebant pugnam, in qua Batavorum Archithalassus Tromp<sup>ius</sup> periit. Mox cum Barbaris Africanis, Gallis deinceps & Hispanis etiam, inimicitias exercebat, plerumque, in expeditionibus suis, felicitate majori, quām æquitate, usus.

Annō deīnum 1658. mortuō Cromwelliō, et si filius ejusdem Richardus magnæ Britanniæ Protecoris titulum acceperit, & Henricus, filiorum a' ter, Hiberniæ præfeturam , inclinare tamen Seditiosorum res visæ sunt , imprimis , postquam Georgius Monckius , contra Lambertum & similes, CAROLI II. caussam strenuè & feliciter agere incepit. Pertæsi igitur Angli tyrannidis Cromwellianæ, anno 1660. in pristinum statum omnia restituerunt, & maxima cum pompa Carolum II. Magnæ Britanniæ Regem

ut  
le.  
am  
pe-  
vi-  
id,  
52.  
o-  
ox  
&  
le-  
atc  
n-  
&  
fe-  
es  
us,  
er  
na  
ix  
m  
Regem salutarunt. Annō vero sequente  
1661. Cromwellii, Iretonii & Bradshavii ca-  
dayera inventa, ad locum, suppliciis destina-  
tum, tracta, suspensa, dilacerata denique  
sunt, capitibus aulæ Westmonasteriensi im-  
positis. Hic exitus fuit motuum Britanni-  
corum.

Dum hæc in Britannia agebantur, Po-  
lonia, belli flammis undique irruentibus,  
conflagravit ferè. JOHANNES CASIMI-  
RO enim vix ad regiam dignitatem evecto,  
Cosacci & Tartari, durum genus homi-  
num & atrox, Duce Bogislaô Chmielnicio, in  
Poloniam irruptionem fecerunt, & quod  
numero prævalerent, (trecenta enim mil-  
lia fuisse referunt) magnas ediderunt stra-  
ges. Annō igitur 1649. contra eos Rex  
Poloniæ, exercitu non tam copioso, quam  
forti, progressus, vicit quidem Barbaros  
& confederatos eorundem, atque peten-  
tibus pacem, dedit eam; sed cum Regni  
Hostes nihilominus exitium minarentur  
omnibus, annō 1651. non procul ab oppi-  
do Beresteczko per triduum integrum pu-  
gnatum est. Fractæ tandem Cosaccorum  
& Tartarorum vires sunt, quum ad vi-  
gin-

ginti millia eorundem periissent, & impetrarunt Cosacci denuò pacem, quam humillimè petierunt. Enimverò nec eâ ratione acquieverunt seditionis homines, quin potius, ruptis Comitiis Polonicis, ortisque Regem inter & Nobilitatem Poloniæ, ob sententiam adversus Cancellarium Regni minorem latam, simultatibus, Podoliam denuò anno 1652. infestis armis ingressi sunt.

Intestina igitur Polonorum inter se bella contemplatus Magnus Moscoviaæ Dux, ALEXIUS MICHALOWITZ, qui anno 1645. parenti suo, Michaeli Fedorowitz, successerat; veterum injuriarum memor, Ducatum Smolenskiæ non tantum invasit, sed universam propemodum occupavit *Lituaniā* & *Vilnam*, celeberrimum emporium, anno 1655. excidit penitus.

Hanc Poloniæ calamitatem comitabatur alia, æquè gravis. Pacti nempe anno 1635. Stuendorfi, Sveci cum Polonis inducias erant, ad annos 26. sanctâ mariâ hac lege, ut durantibus inducias Reges, regnumque Poloniæ, ab omni hostilitate abstie-

abstineant, adversus Reges, Regnumque Sveciæ, eisque mediatae vel immediate subjectas provincias, castra, civitates ac territoria, nec quicquam per se moliantur, aut tentent, tentare faciant, in horum detrimentum, aut præjudicium. Hanc legem male à Polonis servatam esse, conquerebantur Sveci, allegantes BOTII & CRACKOVII expeditiones, nec non tentatam fidem subditorum Regni Sveciæ in Livonia, & id genus alia. Annô igitur 1655. è Pomerania in Poloniam movit CAROLUS GUSTAVUS, Sveciæ Rex, tantâ felicitate, in expeditione hac, ab initio usus, ut Cracoviam ipsam sui juris fecerit, & quicquid Poloniæ Regi in Prussia paret, excepto Dantiscô, expugnarit. Sed quæ fortunæ inconstantia est, paulò post, non justò quidem præliô, sed ex insidiis hinc inde, aliquot Svecorum millia Poloni neci dederunt, in primis Duce Zarnetskiô hostes suos undique oppugnantes. Tandem annô 1656. prope Varsaviam atrociter pugnatum est, quod certamen nox diremit.

Neq; verò Svecos inter Polonosque tan-tum

## 600 AEGIDI STRAUCHII

tum bellum illud gestum est, sed alii insuper & diversi, diversas partes secuti sunt. Elector enim Brandenburgicus, FRIDERICUS WILHELMUS, Regem Sveciz juvabat, cui etiam mille Scotos Cromvvellus misserat. Ex adverso Batavi, missam in mare Balthicum classem, prope Dantiseum consistere jussérunt. Russi etiam copiosò exercitu, in quo centum & octoginta millia numerasse dicuntur, Livoniam aggressi, Riga arctissimè obsederunt. Denique Imperator Romanus aliquot militum millia, Duce Hatzfeldō, in subsidium Polonis misit.

Ivit etiam in dubiam servitii imperiique aream GEORGUS RAGOTZIUS, Transsylvaniae Princeps, quando cum quadraginta millibus Poloniā invasit. Sed infeliciter: Oppressus enim à Poloniis, iniquis conditionibus subscribere coactus est, & in patriam redux, vastatam eam à Lubomirskio invenit, intellexitque Turcarum Imperatorem sibi exitium minari; qui anno 1658. Transylvaniā ingressus, obvia quæque depopulatus est, aliquot hominum millia bestiarum instar

star abegit, duriori imposito Transylvanis  
jugô.

Interea anno 1657. FRIDERICUS III.  
Daniæ Rex, missō feciali, bellum Svecis de-  
nunciavit, ulturus injurias à Svecis, ut habe-  
bant Regiæ literæ, sibi illatas. Carolus Gu-  
stavus igitur, omissâ ferè Poloniâ, Prussiâ-  
que, in Pomeraniam primum rediit, mox Da-  
nicas ingressus terras, latè omnia in Holsatia  
& Jutia vastavit, donec anno 1658. per gla-  
ciem suscepto itinere, Fioniam primò insu-  
lam, mox Lalandiam etiam, Longolandiam  
& Falstriam Sveci obtinuerint, ut Daniæ Rex  
pacem à Svecis emere, concessis Scaniâ, Ble-  
ckingâ, & quibusdam aliis ditionibus, coa-  
ctus fuerit. Neque seigniores Poloni fue-  
runt; Absente enim Sveciæ Rege, civitates  
plerasque, occupatas ab eodem, receperunt,  
in primis postquam Elector Brandenburgi-  
cus ad eorum partes transiit.

Mox in Daniam denuò irruerunt Sve-  
ci, & Chilonio solventes, Selandiam inva-  
serunt, Hafniæ minati, &, castellô mariti-  
mô Cronenborgô expugnatô, nihil omise-  
runt corum, quæ ad expugnandam Re-

Cc giam

## 602 ÆGIDIUS STRAUCHII

giam facere videbantur. Sed aliter D E o  
placuit, quando omnes Svecorum conatus  
irritos esse jusserit, donee Batavorum classis  
advenit, & Svecicam in freto Danico devi-  
cit, atque Hafniam confirmavit, Poloni eti-  
am, cum Imperatoris & Electoris Branden-  
burgici copiis, Svecos Holsatiâ exuerunt;  
Idem in Pomerania conati, obsessô, sed fru-  
straneô conatu, Stetinô. Tandem non pro-  
cul à Neoburgo in Fonia Dani, ope Germa-  
norum, insigni potiti victoriâ sunt, deletis  
vel captis omnibus Svecorum, in eadem in-  
sula, copiis, ita, ut Palatinus Sulzbacensis &  
Steinbockius vix elabi potuerint.

Infelix per hæc tempora Jacobus, Dux  
Curlandiæ, fuit, quem anno 1638. Duglassius  
jussu Regis Sveciæ improvisò adortus, unà  
cum conjugè & Sobole captivum abduxit,  
etsi suam & subditorum suorum securita-  
tempactus anteà cum eodem Duglassio fue-  
rit.

Tot tantisque motibus mors demum  
finem imponere est visa; Decessit enim an-  
no 1660. Carolus Gustavus, Sveciæ Rex,  
nondum triginta & octo annos natus, febri-  
ut

CONTINUATIO. 603

uti referunt, correptus. Is cùm relinqueret Carolum filium, puerum adhuc tenellum, & Svecorum res non parum viderentur afflictæ, vel turbatæ saltem, Pax primùm anno eodem 1666. die 3. Maji inter Polonos & Confœderatos eorundem, ex una, atque Sveciæ Regem & Regni Magnates, ex altera parte, inita est. Mox circa finem mensis Maji, intervenientibus, *Mediatorum* titulō, Regis Galliæ, Reipublicæ Anglicanæ, (quæ tunc dicebatur) & Confœderati Belgii Legatis, Dania etiam pacata iterum est. Bahusianam tamen in Norwegia ditionem, cum arce celebri, Scaniam item, Hallandiam & Bleckingam, Sveci retinuerunt. *Vide instrumenta utriusque Pacis publicè edita.*

Etsi verò tempestates, Regno Poloniæ imminentes, ad eum modum clarius ameniusque cœli jubar discusserit, intestini tamen motus, Lubomirskiani præsertim, Cosaccorum, & quorundam Regni Statuum, imò militiæ etiam, quæ non semel in perniciem Regis Regnique conjurasse visa est, usque turbarunt

Cc 2 Rei-

## 604 ÆGIDI STRAUCHII

Reipublicæ Statum, ut afflissimus is videatur, & moverunt adeò Regem *Johannem Casimirum*, ut post diversa Comitia, à Delegatis Statuum erupta, post obitum etiam Conjugis Gallicanæ, quæ anno 1667. deces- sit, tandem anno 1668. regno se abdicare decreverit.

Cæterū in Germania habita anno 1653. Ratisponæ comitia sunt, tum de aliis Imperii necessitatibus, tum de novo Germanorum Rege constituendo. Electus igitur est FERDINANDUS IV. Imperatoris Filius, quem anno 1633. natum, anno 1646. Bohemi, & anno 1647. Hungari, ut Regem suum, venerati sunt. Enimvero anno sequenti 1654. turbatō mortalitatis ordine, ante Parentem, novus Rex decessit; Nam anno demum 1657. naturæ debitum FERDINANDUS III. reddidit. Electus igitur anno 1658. Francofurti LEOPOLDUS est, patre prognatus Ferdinando III. & matre Mariâ, Philippi III. Hispaniarum Regis filiâ, qui conjugem posteà duxit Margaritam, Philippi IV. Hispaniarum Regis Filiam jūniorem, matre Mariâ Annâ, Ferdinandi III. Imperatoris filiâ, natam.

Acci-

Acciderunt circa hæc tempora aliæ insuper in orbe mutationes ; Nam Divo JOHANNI GEORGIO I. Electori Saxoniæ Gloriosissimo, anno 1656. die 26. Octobris, ad Superos translato, successit JOHANNES GEORGIIUS II. paternæ gloriæ ex aſſe Hæres. Portugallia Regi, JOHANNI IV. eodem anno successit filius ALPHONSIUS, natus anno 1643. qui hoc anno 1668. à Conjuge Gallica , quam annō 1666. duxerat, rejectus, Fratri Germano PETRO, conjugem pariter , & regnandi provinciam, relinquere coactus est ; Quis harum vicitudinum exitus sit futurus , ſoli D E O cognitum est. Pontificetiam INNOCENTIO X. anno 1655. successit Fabius Chisius Senensis , dictus ALEXANDER VII. qui Antecessoris ſui Bullam , adversus Jansenii dogmata confirmavit , noluitque in tumulo ejusdem Episcopi legi hæc verba : VERUS INTERPRES DIVI AUGUSTINI, GRATIÆ DIVINÆ CATHOLICUS DEFENSOR. Auspicia hujus Pontificis , Waldenſium in Pedemontio Ianiena cruenta reddidit , quæ ad nutum Pontificis , à Sabaudiæ Duce , instituta dicitur ;

Cc 3

Caus-

Causam crudelitatis nullam aliam vel ipsi met Pontificii Scriptores allegant, præter hanc, quod antiquas sedes, quas jam ultra mille & centum annos Waldenses coluerant, deserere detrectarint. Confer Waldensium Chronica.

Dum hæc alibi gesta sunt, intestinis motibus pariter & Hispanicō Bellō gravi-  
ter afflita Gallia est. Cùm enim LUDO-  
VICI XIII. filius & Regnorum hæres,  
natus anno 1638. post mortem patris, qui  
anno 1643. decessit, sub matris tutela de-  
geret, atque illa in gubernatione Regni  
externorum consiliis, præsertim Julii  
Mazarini, Cardinalis, plurimum utere-  
tur, Principes, è regio ortos sanguine, non  
parum offendit, Ludovicum II. nempe,  
Principem Condæum, fratremque Arman-  
dum, Principem Contium, nec non Henri-  
cum II. Ducem Longavillaum, Condæi &  
Contii Sororium. Hi igitur adversus Re-  
ginæ gubernationem liberiùs locuti, an-  
no 1650. in custodiā dati sunt, quæ res  
ingentes Galliæ turbas minari videba-  
tur, insprimis, quod Turenus Comes  
captivos Principes armatâ manu liberare  
conat-

conaretur , Hostique Hispano acce-  
det ; Et quamvis anno sequente 1651. ii-  
dem Princeps libertatem acceperint ite-  
rum , & Cardinalis *Mazarini* , quem pro  
autore litium habebant , è Gallia ejectus  
fuerit , non fidebant tamen Reginæ **Con-**  
**dæi** Fratres , in primis , postquam Cardi-  
nalis in Galliam redierat , militum copias  
quasdam , Coloniae lectas , secum adduc-  
cens . Quare , cùm Rex insuper Cardi-  
nalis caussam palam ageret , ad Hispanos  
*Condæus* defecit , *Contius* verò , sororque  
ejus *Anna* , Duci Longavillæo nupta an-  
no 1654. à Rege impetraverunt veniam  
eorum , quæ commiserant . Tandem an-  
no 1659. Regem Galliæ inter & Hispa-  
niæ inita pax est , & restitutus in integrum  
**Condæus** , ministeriō in hac re fungenti-  
bus , ex parte Regis Galliæ , *Cardinale Ma-*  
*zarino* , ex parte Regis Hispaniæ , *Ludo-*  
*vico Mendoza de Haro* , locataque anno  
sequentis *Maria Theresia* , Regis Hispaniæ  
filia natu major , Regi Galliæ in matri-  
monium est , postquam nova nupta hæ-  
reditatis juribus in Hispaniæ Regna &  
Ducatus reliquos renunciaverat . Quæ

Cc 4

ipsa

ipsa tamen renunciatio, itemque solutio do-  
cis dilata, Patris Testamentum, aliaque, novo  
bello Gallico-Hispanico, anno 1667. ansam  
dederunt, quod cum implicare plures Euro-  
paeos Principes videretur, & Rex Hispaniz  
Philippus IV. anno 1663. mense Septembri,  
mortuus, Carolum II. paucos annos natum,  
adornando bello imparem reliquisset suc-  
cessorem, Anglorum & Batavorum strenua  
operâ, subito anno 1668. finitum est, reten-  
ens tamen à Gallo civitatibus, quas arma-  
tâ manu in Germania Inferiori occupave-  
rat.

Priusquam ultimum bellum, quod jam  
commemoravimus, inceptum finitumque  
est, cum Pontifice Romano Rex Galliae  
inimicitias exercere cœpit, quod Lega-  
tus Regius Romæ, anno 1662. à Cor-  
fis, quos vocant, cum Walonibus &  
Burgundis manus conserentibus in via  
publica magna affectus ignominiâ fuis-  
set, sclopetis per carpentum ejus explosis.  
Ope tandem Principis Florentini, anno  
1664. satisfactum Regi Galliz est, armis  
jam insistenti Papæ Romano, atque ejeci  
Cor-

Corsi sunt, Ducibus Parma & Modena, in fœdus Gallicum receptis, promissa ditionum quarundam restitutio est, & Cardinalis Chisius deprecatum Lutetiam Parisiorum venit. Parum tamen post hæc vel Rex Galliæ Alexandro VII. vel hic Regi Galliæ fidisse visus est. Decessit autem Alexander anno CHRISTI 1667. sexagesimō nonō ætatis suæ, & decimō tertio Pontificatus. Nepotes divites reliquise dicuntur. Successorem nactus est Julianum Roffigiosum Florentinum, qui CLEMENS IX. dici voluit. Hunc laudare in præsentī vel vituperare acerbius, temeritas forret, cùm cujusvis hominis exitus demum alterutrius argumenta suppeditet. Cæterū non sine omni videtur esse, quod Alexandro Clemens successerit; Nam ea aulæ Pontificiæ solet esse conditio, ut Alexander non sit, qui Clemens esse desiderat. Interdum tamen καὶ ἀντίφασιν etiam Pii dicuntur Pontifices, vel Innocentes, Benedicti & Clementes etiam. Iustorum nomen in Pontificum catalogo in hunc diem usque deficit.

Cc 5

Sed

## 610 AEGIDI STRAUCHII

Sed redeamus ad Germaniæ res. Maximum periculum imminere patriæ nostræ à Turcarum Tyranno MAHOMETE IV. videbatur; Is enim, *Ragotzium* oppressurus, universam propemodum Transylvanianam occupaverat, & omnem Hungariam non tantum, sed Germaniam etiam affligere habebat in animo, ingressus Regis Hungariæ & Imperatoris Romani ditiones cum exercitu, in quo centum & septuaginta millia militum anno 1663. numerabantur. Et ab initio quidem inclinare Christianorum res visa sunt, *Forgatiō* in fugam actō, & munitiō ad Neotram fluvium, quod *Arx Nova* dicitur, (ab Hungaris *Vyvar*, à Germanis *Nells Häusel* appellatur) occupatō; Et quamvis *Nicolaus*, Comes *Serinius*, fortiter rem gesserit, & aliquoties Turcas afficerit clade, Canniam etiam obsidere incepérit, viribus tamen impar, obsidionem solvere coactus est, nec non extructum denominatumque à se munitiōnem novum occupare hostem vidit. Advenientibus tandem è Gallia & Germania subsidiariis copiis, Deoque in auxilium ardentissimis precibus vocatō, anno 1664.

1664. duplice victoriâ Christiani potiti sunt, semel propè *Levam*, (vulgò *Lewen* vocant) & iterum prope *Gothardum*, summo militiæ *Cæsareæ Præfecto Raymundo, Comite de Montecuculi*; Quæ posterior in primis Turcarum clades ad inducias petendas Hostem movit; Easdem impetravit etiam ad annos viginti, retinuitque *Varadinum* in Transylvania, *Arcemque Novam*, concessâ Christianis libertate, quâ munitionem, Arci huic adversam, erigere illis licuit, ab Imperatore Romano *Leopoldinam* appellatam.

Circa eadem tempora civitates quædam Germaniæ Superioribus suis arctius sunt adstrictæ; Monasteriensis enim Episcopus, *Christophorus Bernhardus*, Monasterium ipsum obsidione cinxit, quod sibi *Jus præsidii, clavium, portarum, vallorum, murorum, & Symboli, seu tesseræ militaris*, Cives nollent concedere, etsi in Aula Imperatoris, à delectis ad hoc negotium Judicibus, Episcopo jus illud competere,

Cc 6 decre-

612 *ÆGIDI STRAUCHII*

decretum esset. Tandem igitur anno  
1661. die 12. Martii, durissimis conditionibus  
in ditionem Episcopi redacta est civitas,  
& libertatem, quā gaudebat antea, amisi.  
Idem propemodum fatum experta est Thu-  
ringiæ Metropolis „Erfuria“; Postquam  
enim eandem *Johannes Philippus*, Archi-E-  
piscopus Moguntinus, suo & Galliæ Regis  
milite, aliquamdiu oppugnaverat, nec erat,  
qui succurreret civitati afflita, cuius Inco-  
lis aquam & ignem interdixerat Cæsar, anno  
1664. dedita est, & Archi-Episcopo Mogun-  
tino homagium præstítit; Exercitum ta-  
men Religionis, secundum Augustanæ Con-  
fessionis normam, semper liberum in urbe  
futurum esse, suo & omnium Successorum  
nomine, *Johannes Philippus* sanctè promisit.  
Biennio post, anno 1666. *Parthenopolis*, qua  
& *Magdeburgum* dici consuevit, Electoris  
Brandenburgici exercitu territa, Serenissi-  
mo Saxoniam Principi Augusto, Archie-  
piscopatus Administrator &c. nec non  
Electori Brandenburgico, Duci suo, post  
obitum Augusti, futuro, homagium  
præstítit, ad eum modum, qui anno 1579.  
obti-

obtinuerat , & simul militem Brandenburgicum civitas recepit , privilegiis gavisura in posterum , quæ in Pacis Osnabrugensis Instrumento expressa leguntur . Etsi verò Svecorum Exercitus , Carolo Gustavō Wrangeliō Duce , BREMAM , annō 1666. à die 30. Augusti ad Novembris diem 15. similiter obsederit , intercedentibus tamen Electorum Coloniensis & Brandenburgensis , nec non Ducum Luneburgensium & Brunsvicensium Legatis , composita controversia illa est , postquam promiserant Bremenses , se usque ad annum 1700. in futuris Comitiis , sententiam , more Civitatum Imperialium , dicturos non esse , &c.

Interea ab anno 1663. orta Anglosinter & Batavos dissidia sunt , quod illi in Americanis partibus , nec non ad Africæ littora , Belgarum subditos affligerent , & conquererentur insuper , Anglorum commercia , in India utraque , à Batavis impediri . Belgæ igitur vim vi repellere decreverunt , & missō Michaeli Adriano Ruyterō , quæ in Africæ littore Angli occupaverant ,

Ce 7 faci-

facilè recuperarunt. Pugnatum postea aliquoties est, atque in præliis navalibus Batavi primùm succubuerunt, incensâ eorundem navi Prætoriâ, & cum Obdamio, Comite de Wassenaar, in aëra sufflatâ. Sed postea meliori fortunâ usi, non semel Anglis superiores vici sunt, quorum etiam naves bellicas prope Lóndinum incenderunt. Neque vero Anglos inter Belgasque tantum pugnatum tunc est, verum Episcopus Monasteriensis etiam Batavis negotium fecit, quando, Anglicanâ pecuniâ instructus, militem conscripsit, invasitque Frisiæ provincias; Sed cum Galliæ Rex militares quasdam copias Belgis in subsidium mitteret, nec non Elektor Brandenburgicus, cum aliis quibusdam vicinis Ducibus, Exereitus suos proprius adducerent, noluit Episcopus res suas periclitari, sed pacem potius cum Ordinibus foederatis Cliviæ iniit, cuius præcipua lex erat,  
*Omnes mutuò datas & acceptas injurias oblivionit tradendas, & loca ab Episcopo occupata*

pat a restituenda esse, nec licere  
huic plura quam tria præsidi-  
ariorum millia scribere. Danicæ  
quoq; Rex eidem bello implicabatur, ob fœ-  
dus, cum Batavis jamdiu initum, itemque,  
quod Indicis Belgarum navibus tutum ho-  
spitium Norwegi concessissent, portusque  
Bergensis libertatem, adversus Anglorum  
invasiones, defendissent armis. Tandem,  
cum animadverterent partes Bellonæ in-  
commoda, LONDINUM etiam, Regum An-  
gliæ sedes, anno 1666. mense Septembri, ma-  
gnam partem conflagrari, turbaritque non  
parum Anglorum animos infortunium il-  
lud, Svecorum Legatis rem acriter urgente-  
bus, pax anno 1667. Bredæ conclusa est,  
et quis ex utraque parte conditionibus, cum  
unusquisque bellō parta retinuerit. Et  
quamvis postea Gallum inter & Hispanum  
ad arma ventum fuerit, quod superius  
indicavimus, studia tamen pacis cum Lusi-  
taniæ Regno ab Hispanis initæ Gallorum  
irruptio illa non parum promovit, &  
extin-

616 eÆGID. STRAUCH. CONT.

extincta subitò flamma illa est, ut, rarissimò exemplò, universus Christianorum orbis pace nunc fruatur. Pro quo ingenti Beneficio, in terris Saxoniciis, actæ Deo solemnes gratiæ, institutæque publicæ supplicationes sunt, ut hanc felicitatem nostram perpetuam esse D E U S clementissimè jubeat; cui etiam hac vice sit Laus & Gloria.

FINIS.

